650. *μή σε φιλήσῃ.* Cod. *οὐ μή σε φιλήσει.* Hinc *οὐ μὴ* est etiam in edit. B. Juntæ, reclamante metro.—*δεινὸν μέντ' ἂν γ' ἐπεπόνθη.* Vulgo *δεινὸν μέντ' ἂν ἐπεπόνθειν.* Primo post *ἂν* inseri debuit *γε* ob metrum. Tum *ἐπεπόνθη* e puriori Atticismo reposui. Nec aliter hic Suidas legisse videtur, cujus hæc est nota ex edit. Mediolan. descripta: *ἐπεπόνθη, ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθειν· καὶ ἑωράκη, ἀντὶ τοῦ ἑωράκειν· καὶ ᾔδη, ἀντὶ τοῦ ᾔδειν.* Omnia ista sunt tertiæ personæ, quam Attici terminatione a prima non distinguebant. Vide Kœnium ad Corinthum de Dial. Att. §. lviii. et confer not. ad Pl. 696. In edit. B. Juntæ pro *ἐπεπόνθειν* est *ἐπεπόνθην*, quod ad verum propius accedit. Prioris coli vulgata lectio bona est, *ὥστ' οὐχὶ δέος, μή σε φιλήσῃ.* E codicis scriptura diversa hæc concinnari posset: *ὥστ' οὐ δέος, οὐ μή σε φιλήσει.* *Ita ut nihil causæ sit cur metuas; non te osculabitur.*

652. *δεκάπουν τὸ στοιχεῖον.* Hoc explicat Casaubonus ad Athen. vi. 10. ubi Scholiastem emendat, cujus nota sic scribenda: *ἡ τοῦ ἡλίου σκιὰ, ὅταν ᾖ δέκα ποδῶν. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι γίνεται ὀψέ.—Τὸ παλαιὸν οἱ καλοῦντες ἐπὶ δεῖπνον, καὶ οἱ καλούμενοι παρεσημαίνοντο τὴν σκιάν. καὶ οὕτως οἱ μὲν ἀνέμενον τοὺς κληθέντας, οἱ δ' ἀπῄεσαν ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις· οὐδέπω τηρήσεως οὔσης ἑτέρας, ἀφ' ἧς οἷόν τε ἦν τεκμήρασθαι εἰς πόσας ὥρας προήκει.* Huc respexisse videtur Pollux vi. 44. *τῇ σκιᾷ δ' ἐτεκμαίροντο τὸν καιρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδοῦ, ἣν καὶ στοιχεῖον ἐκάλουν. καὶ ἔδει σπεύδειν, εἰ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη.*—*λιπαρὸν χωρεῖν.* Sic bene cod. Vulgo *λιπαρῶς.*

659. *ἑνὸς οὕνεκα.* Perperam vulgo *εἵνεκα.* Vide not. ad Pl. 329.

ἢν τις ὀφείλων ἐξαρνῆται.

Πραξαγόρα.

πόθεν οὖν ἐδάνεισ' ὁ δανείσας,
ἐν τῷ κοινῷ πάντων ὄντων; κλέπτων δή που 'στ' ἐπίδηλος.

Βλέπυρος.

νὴ τὴν Δήμητρ', εὖ γε διδάσκεις. τουτὶ τοίνυν σὺ φράσον μοι.
τῆς αἰκίας οἱ τύπτοντες πόθεν ἐκτίσουσιν, ἐπειδὰν
εὐωχηθέντες ὑβρίζωσιν; τοῦτο γὰρ οἶμαί σ' ἀπορήσειν.

Πραξαγόρα.

ἀπὸ τῆς μάζης, ἧς σιτεῖται· ταύτην γὰρ ὅταν τις ἀφαιρῇ,
οὐχ ὑβριεῖται φαύλως οὐδεὶς οὕτως τῇ γαστρὶ κολασθείς.

Βλέπυρος.

οὐδ' αὖ κλέπτης οὐδεὶς ἔσται;

Πραξαγόρα.

πῶς γὰρ κλέψει, μετὸν αὐτῷ;

Βλέπυρος.

οὐκ ἀποδύσουσ' ἄρα τῶν νυκτῶν.

Πραξαγόρα.

οὐκ, ἢν οἴκοι γε καθεύδῃς,
οὐδ' ἢν γε θύραζ', ὥσπερ πρότερον. βίοτος γὰρ πᾶσιν ὑπάρξει.
ἢν δ' ἀποδύῃ γ', αὐτὸς δώσει. τί γὰρ αὐτῷ πρᾶγμα μάχεσθαι;
ἕτερον γὰρ ἰὼν ἐκ τοῦ κοινοῦ κρεῖττον κομιεῖται ἐκείνου.

Βλέπυρος.

οὐδὲ κυβεύσουσιν ἄρ' ἄνθρωποι.

662. τουτὶ τοίνυν σὺ φράσον μοι. Vulgo τουτὶ τοίνυν φρασάτω μοι, perquam infacete illata tertia persona statim post secundam, in eodem ad eandem personam sermone: διδάσκεις—φρασάτω.

663. τῆς αἰκίας πόθεν ἐκτίσουσιν; Subauditur τὴν δίκην, seu potius τὸ τίμημα. Pl. 480.

τί δῆτά σοι τίμημ' ἐπιγράψω τῇ δίκῃ;

Piget me eorum, quæ ad hunc versum scripsit Dawesius. Oratorum Græcorum ne unam quidem paginam legisse videtur. αἰκία producta media apud Poëtas Atticos sæpe occurrit. Vide Æschylum Prom. 93. 117.

666. Vocem οὐδεὶς addidi, sententia flagitante et metro. Toto pede mutilus erat versus. Faber reponebat ἔξεις, ut supra 638. Kusterus, πάνυ τοι: quorum illud frigidum, hoc solœcum. Neuter animadverterat deesse nominativum verbi ὑβριεῖται. Eadem diphthongus initio utriusque vocis, alterius omittendæ causa fuit. Genuinum hoc esse ostendit alterum quod infertur v. seq. οὐδείς.

667. πῶς γὰρ κλέψει, μετὸν αὐτῷ; In impressis erat, πῶς γὰρ κλέψαιμι τὸ 'μαυτοῦ; E Suida, qui locum hunc profert in μετὸν, monuit Kusterus legendum esse, πῶς γὰρ κλέψαι, μετὸν αὐτῷ; quam lectionem in textu exhibet novissima Batava: sic quoque in cod. scriptum est. Sed soloeca est oratio. Oporteret πῶς ἂν κλέψαι, immo Attice κλέψειε. Scripserat Comicus, quod reposui, κλέψει.

672. οὐδὲ κυβεύσουσιν ἄρ' ἄνθρωποι.

Πραξαγόρα.

περὶ τοῦ γὰρ τοῦτο ποιήσει;

Βλέπυρος.

τὴν δὲ δίαιταν τίνα ποιήσεις;

Πραξαγόρα.

κοινὴν πᾶσιν. τὸ γὰρ ἄστυ
μίαν οἴκησιν φημὶ ποιήσειν ξυῤῥήξασ' εἰς ἓν ἅπαντα,
ὥστε βαδίζειν ὡς ἀλλήλους.

Βλέπυρος.

τὸ δὲ δεῖπνον ποῦ παραθήσεις;

Πραξαγόρα.

τὰ δικαστήρια καὶ τὰς στωὰς, ἀνδρῶνας πάντα ποιήσω.

Βλέπυρος.

τὸ δὲ βῆμα τί σοι χρήσιμον ἔσται;

Πραξαγόρα.

τοὺς κρατῆρας καταθήσω,
καὶ τὰς ὑδρίας, καὶ ῥαψῳδεῖν ἔσται τοῖς παιδαρίοισι
τοὺς ἀνδρείους ἐν τῷ πολέμῳ, κεἴ τις δειλὸς γεγένηται,
ἵνα μὴ δειπνῶσ' αἰσχυνόμενοι.

Βλέπυρος.

νὴ τὸν Ἀπόλλω, χάριέν γε.
τὰ δὲ κληρωτήρια ποῖ τρέψεις;

Πραξαγόρα.

ἐς τὴν ἀγορὰν καταθήσω·
κᾆτα στήσασα παρ' Ἁρμοδίῳ κληρώσω πάντας, ἕως ἂν
εἰδὼς ὁ λαχὼν ἀπίῃ χαίρων ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ·
καὶ κηρύξει τοὺς ἐκ τοῦ Βῆτ' ἐπὶ τὴν στωὰν ἀκολουθεῖν

Sic scriptum in cod. In impressis est, οὐδὲ κυβεύσουσ' ἄρ' ἄνθρωποι. Accentu tantum mutato voculae ἀρ' praestabat forte edere, οὐδὲ κυβεύσουσ' ἆρ' ἄνθρωποι, ob rationem allegatam ad v. 518.

675. παραθήσεις. Sic cod. ut impressi. Marklandus ad Eurip. Suppl. 938. legendum censet παραθήσει in forma media, cujus rei me fugit ratio.

676. τὰς στωάς. Hic et infra ubicunque haec vox occurrit, scriptum in cod. στοιάς. In impressis est στοάς. Prior syllaba ob metrum produci debet. Analogiae magis congruum mihi videtur στωὰ, quam στοιά. Ab illo, στωὰ, derivatur nomen Στωϊκοί. Formam στοιὰ, cujus nescio, an apud scriptorem quempiam exemplum occurrat, cujusque non meminerunt Lexicographi, adfirmare videtur auctor Etymol. M. p. 550. l. 7. Sed voces fingere, quas usus nunquam admisit, Grammaticis solemne est.

682. κᾆτα στήσασα. In cod. καταστήσασα.

τὴν Βασίλειον δειπνήσοντας· τοὺς Θῆτ' ἐς τὴν παρὰ ταύτην·
τοὺς δ' ἐκ τοῦ Κάππ' ἐς τὴν στωὰν χωρεῖν τὴν Ἀλφιτόπωλιν.

Βλέπυρος.

ἵνα κάπτωσιν;

Πραξαγόρα.

μὰ Δί', ἀλλ' ἵν' ἐκεῖ δειπνῶσιν.

Βλέπυρος.

ὅτῳ δὲ τὸ γράμμα
μὴ 'ξελκυσθῇ, καθ' ὃ δειπνήσει, τούτους ἀπελῶσιν ἅπαντες.

Πρ. ἀλλ' οὐκ ἔσται τοῦτο παρ' ἡμῖν.
πᾶσι γὰρ ἄφθονα πάντα παρέξομεν·
ὥστε μεθυσθεὶς αὐτῷ στεφάνῳ
πᾶς τις ἄπεισιν τὴν δᾶδα λαβών.
αἱ δὲ γυναῖκες κατὰ τὰς διόδους
προσπίπτουσαι τοῖς ἀπὸ δείπνου,
τάδε λέξουσιν· Δεῦρο παρ' ἡμᾶς·
ἐνθάδε μεῖραξ ἔσθ' ὡραία.
Παρ' ἐμοὶ δ', ἑτέρα φήσει τις ἄνωθ'
ἐξ ὑπερῴου, καὶ καλλίστη,
καὶ λευκοτάτη· πρότερον μέντοι
δεῖ σε καθεύδειν αὐτῆς παρ' ἐμοί.
τοῖς δ' εὐπρεπέσιν γ' ἀκολουθοῦντες
καὶ μειρακίοις αἱ φαυλότεραι
τοιάδ' ἐροῦσιν· Ποῖ θεῖς οὗτος;
πάντως οὐδὲν δράσεις ἐλθών·
τοῖς γὰρ σιμοῖς καὶ τοῖς αἰσχροῖς
ἐψήφισθαι προτέροις βινεῖν·
ὑμᾶς δὲ τέως θρία λαβόντας
διφόρου συκῆς
ἐν τοῖς προθύροισι δέφεσθαι.

685. τοὺς Θῆτ' ἐς τὴν παρὰ ταύτην. Subaudi λαχόντας: τοὺς Θῆτα λαχόντας. Vulgo legitur, τὸ δὲ Θῆτ' ἐς τὴν παρὰ ταύτην. At vero in cod. scriptum est, δειπνήσοντας. τοὺς δ' ἐκ τοῦ Θῆτα παρ' αὐτήν. Quam lectionem sinceram esse credo, et versum, qui sequebatur, excidisse. Porticum Thracum designari arbitratur Meursius Ath. Att. pag. 15. Scholiastes vero minus probabiliter, τὸ Θησεῖον, *Thesei templum.*

687. Personæ in hoc versu perquam absurde distinctæ erant.

688. ἀπελῶσιν ἅπαντες. Sic recte cod. non, ut vulgo, ἅπαντας.

701. εὐπρεπέσιν γ'—inserenda fuit ob metrum particula.

702. αἱ φαυλότεραι sententia ipsa flagitante reponi debuit: vulgo absurde οἱ φαυλότεροι.

709. προθύροισι ob metrum scriben-

φέρε νῦν, φράσον μοι, ταῦτ' ἀρέσκει σφῷν;
Βλ. πάνυ.
Πρ. βαδιστέον τ' ἄρ' ἐστὶν εἰς ἀγορὰν ἐμοί,
ἵν' ἀποδέχωμαι τὰ προσιόντα χρήματα,
λαβοῦσα κηρύκαιναν εὔφωνόν τινα.
ἐμὲ γὰρ ἀνάγκη ταῦτα δρᾶν, ᾑρημένην
ἄρχειν, καταστῆσαί τε τὰ ξυσσίτια,
ὅπως ἂν εὐωχῆσθε πρῶτον τήμερον.
Βλ. ἤδη γὰρ εὐωχησόμεσθα;
Πρ. φήμ' ἐγώ.
ἔπειτα τὰς πόρνας καταπαῦσαι βούλομαι
ἁπαξαπάσας.
Βλ. ἱνατί;
Πρ. δῆλον τουτογί·
ἵνα τῶν νέων ἔχωμεν αὐταὶ τὰς ἀκμάς.
καὶ τάς γε δούλας οὐχὶ δεῖ κοσμουμένας
τὴν τῶν ἐλευθέρων ὑφαρπάζειν Κύπριν,
ἀλλὰ παρὰ τοῖς δούλοισι κοιμᾶσθαι μόνον,
κατωνάκῃ τὸν χοῖρον ἀποτετιλμένας.
Βλ. φέρε νυν ἐγώ σοι παρακολουθῶ πλησίον,
ἵν' ἀποβλέπωμαι, καὶ λέγωσί μοι ταδί·
ΤΟΝ ΤΗΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΤΟΥΤΟΝ ΟΥ ΘΑΥ-
ΜΑΖΕΤΕ;

dum fuit, non, ut vulgo, προθύρους. Emendata hic est scriptura codicis.

711. βαδιστέον τ' ἄρ'—Vulgo βαδιστέον ἄρ'—Vide not. ad Ran. 656.

716. τήμερον. Vulgo minus bene σήμερον.

719. δῆλον τουτογί. Vulgo τοῦτο τί. Quæ scriptura retineri poterat, distinctis personis, ut in cod. distinctæ sunt:
ΒΛ. ἱνατί; ΠΡ. δῆλον τοῦτο. ΒΛ. τί;
Sed longe præstat τουτογί, quod reponendum esse acute vidit Kœnius ad Corinthum p. 56.

724. κατωνάκη servorum est vestis. Hic metonymice ponitur res pro persona, quæ re utitur, ut supra 633. ἱμβάς. κατωνάκῃ valet igitur τῶν δούλων χάριν. Mentio κατωνακῶν. in Lys. v. 1151. ad quem locum respexit Hesychius. Ad metonymiam non adtenderant, nec ad usum dativi personam significantis pro genitivo cum ellipsi nominis χάριν, qui hoc aliter acceperunt, et optimam lectionem temere sollicitarunt.

727. Recitato hoc versu Blepyrus et Praxagora in forum ituri e scena egrediuntur. Hoc intellexere Faber et Kusterus, qui sequentes versus viro cuidam supellectilem suam in commune deposituro tribuerunt. In primariis editt. versus 728. et sequens perquam absurde Praxagoræ tributi erant: pravam illam distinctionem inepte revocavit Berglerus. Œconomiam fabulæ parum perspectam habuerunt editores, minime vero omnium postremus ille. Post versum 727. actus finitur, quo exacto, Chorus cantando et saltando partes suas agebat: sed temporis injuria et priscorum Grammaticorum socordia periere chorica cantica hujus fabulæ tantum non omnia.

Χο. (λείπει ἡ τοῦ Χοροῦ ᾠδή.)

ΑΝΗΡ Α, ὁ καταθεὶς, ΑΝΗΡ Β, ὁ μὴ καταθεὶς, ΚΗΡΥΞ, ΧΟΡΟΣ.

Αν. α'. ΕΓΩΓ', ἵν' εἰς ἀγορὰν γε τὰ σκεύη φέρω,
προχειριοῦμαι, κἀξετάσω τὴν οὐσίαν.
χώρει σὺ δεῦρο, κιναχύρα καλὴ καλῶς,
τῶν χρημάτων θύραζε πρώτη τῶν ἐμῶν,
ὅπως ἂν ἐντετριμμένη κανηφορῇς,
πολλοὺς κάτω δὴ θυλάκους στρέψασ' ἐμούς.
ποῦ 'σθ' ἡ διφροφόρος; ἡ χύτρα, δεῦρ' ἔξιθι,
νὴ Δία, μέλαινά γ', οὐδ' ἂν, εἰ τὸ φάρμακον
ἑψοῦσ' ἔτυχες, ᾧ Λυσικράτης μελαίνεται.
ἵστω παρ' αὐτὴν, δεῦρ' ἴθ', ἡ κομμώτρια·
φέρε δεῦρο ταύτην τὴν ὑδρίαν, ὑδριαφόρε,
ἐνταῦθα· σὺ δὲ δεῦρ', ἡ κιθαρῳδὸς, ἔξιθι,
πολλάκις ἀναστήσασά μ' εἰς ἐκκλησίαν
ἀωρὶ νυκτῶν διὰ τὸν ὄρθριον νόμον.
ὁ τὴν σκάφην λαβὼν προΐτω, τὰ κηρία

728. ἔγωγ'—Sic legendum esse manifestum est. Perperam vulgo ἐγὼ δ'— Similis erat menda v. 173.

730. Supellectilem suam foras effert quidam, eamque ordine disponit ante ædes. Alloquitur autem singula vasa, ut in comœdia, tanquam essent homines; assignatque singulis locum et officia, qualia in pompis esse solebant quarumdam personarum. Nam istud omnino tenendum, istæc ad imitationem pompæ fieri. Quodnam autem sit vas istud, quod primum effert, et κιναχύραν vocat, incertum est; Faber admodum verosimiliter putat esse cribri genus, adductus, credo, etymologia vocis, παρὰ τὸ κινεῖν ἄχυρα. BERGLER. Scholiastæ κιναχύρα est ὄνομα δούλης.—καλὴ καλῶς: Pace 1330. χώρει μετ' ἐμοῦ καλὴ καλῶς κατακείσει. Plautus Asin. iii. 3. I sane bella belle. Curcul. iv. 2. Sequere istum bella belle.

732. De virginibus canephoris vide Meursium Panathen. c. 22. cujus in fine laudantur Comicorum versus, quos servavit Nostri Schol. ad Av. 1550. ubi Hermippi fragmentum depravatum est, quod vel aliter, vel hoc modo legendum est.

ὥσπερ αἱ κανηφόροι,
λευκοῖσιν ἀλφίτοισιν ἐντετριμμέναις.
ἐγὼ δ' ἕνεκα ψαλαγμάτων τὴν διφροφόρον.

Dativus ἐντετριμμέναις pertinet ad substantivum quod præcedebat in eodem casu.

737. Perperam vulgo legitur: δεῦρ' ἴθι κομμώτρια. Emendandi rationem vidit Faber, cujus crisin confirmat cod. in quo δεῦρ' ἴθ' ἡ κομμώτρια. Suidas: κομμωτὴς, καλλωπιστής. κομμώτρια, ἐμπλάστρια, ἡ κοσμοῦσα τὰς γυναῖκας.

738. De Hydriaphoris videndus Meursius Panathen. cap. 21.

739. ἡ κιθαρῳδός. Gallinaceum intelligit, qui ὄρθριος ᾄδων dormientes e somno excitat. Hunc v. 30. præconis nomine designat mulier: hic citharœdus est, unde intelligendus jocus in ὄρθριον νόμον, quo alluditur ad musicum modum, qui ὄρθιος appellatur.

742. ὁ τὴν σκάφην. Qua significatione σκάφην accipi debeat, valde incertum est. Meursius loco modo citato et Lect. Att. iv. 8. ligonem esse ait; alii mactram,

κόμιζε, τοὺς θαλλοὺς καθίστη πλησίον,
καὶ τὼ τρίποδ' ἐξένεγκε, καὶ τὴν λήκυθον·
τὰ χυτρίδι' ἤδη καὶ τὸν ὄχλον ἀφίετε.
Αν. β'. ἐγὼ καταθήσω τἀμά; κακοδαίμων ἄρα
ἀνὴρ ἔσομαι, καὶ νοῦν ὀλίγον κεκτημένος.
μὰ τὸν Ποσειδῶ γ' οὐδέποτ', ἀλλὰ βασανιῶ
πρώτιστον αὐτὰ πολλάκις καὶ σκέψομαι.
οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἱδρῶτα καὶ φειδωλίαν
οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως ἀνοήτως ἐκβαλῶ,
πρὶν ἐκπύθωμαι πᾶν τὸ πρᾶγμ' ὅπως ἔχει.
οὗτος, τί τὰ σκευάρια ταυτὶ βούλεται;
πότερα μετοικιζόμενος ἐξενήνοχας
αὔτ', ἢ φέρεις ἐνέχυρα θήσων;
Αν. α'. οὐδαμῶς.
Αν. β'. τί δῆτ' ἐπὶ στοίχου 'στὶν οὕτως; οὔ τι που
Ἱέρωνι τῷ κήρυκι πομπὴν πέμπετε;
Αν. α'. μὰ Δί', ἀλλ' ἀποφέρειν αὐτὰ μέλλω τῇ πόλει
ἐς τὴν ἀγορὰν, κατὰ τοὺς δεδογμένους νόμους.
Αν. β'. μέλλεις ἀποφέρειν;
Αν. α'. πάνυ γε.
Αν. β'. κακοδαίμων ἄρ' εἶ,

in qua pinsitur farina. Hoc adfirmare videntur excerpta e Photii lexico prolata ab Hesychii interprete ad σκαφηφόροι; illud vero probabile reddit quod docet Harpocratio in Μετοίκιον: ἐκάλουν δὲ οἱ κωμικοὶ σκαφέας τοὺς μετοίκους, ἐπεὶ ἐν ταῖς πομπαῖς τὰς σκάφας ἐκόμιζον οὗτοι. Sane σκαφεὺς *fossorem* notat, cujus instrumentum est *ligo*. Sed hoc comicæ licentiæ esse possit. Altera acceptio probabilior mihi videtur. Prava distinctione locus hic impeditus erat, et copula inepte inserta in seq. v. quam cod. non agnoscit. Sic legitur in Kusteri editione:

ὁ τὴν σκάφην λαβὼν προΐτω τὰ κηρία·
κόμιζε τοὺς θαλλοὺς καὶ καθίστη πλησίον,
καὶ—

744. τὼ τρίποδ'. Infra 786. καὶ δὴ μὲν οὖν τωδὶ ξυνάπτω τὼ τρίποδι. Quod vulgatam hujus versus confirmat lectionem. In codice vero, τὸν τρίποδ'.

747. ἀνὴρ ἔσομαι. Sic cod. Harum vocum prior in impressis omissa cum versus ruina.

754. πότερα. Vulgo πότερον. Illud magis Atticum est, et Comico frequentatum.

756. ἐπὶ στοίχου. Sic cod. et editt. primariæ. In recentioribus ἐπὶ στίχου.— οὔτι που. Vulgo οὔτι μὴ, quod nescio an græce dicatur pro *num*. At οὔ τι που frequenter apud Poëtas Atticos occurrit. Vide not. ad Ran. 522. Euripid. Helena 95.

πῶς; οὔ τι που σῷ φασγάνῳ βίον στερεῖς;

483.

πόστ'; οὔ τι που λελήσμεθ' ἐξ ἄντρων
λέχος;

549.

οὔ τι που κρυπτεύομαι
Πρωτέως ἀσέπτου παιδὸς ἐκ βουλευμάτων;

Herc. Fur. 968.

οὔ τι που φόνος σ' ἐβάκχευσεν νεκρῶν,
οὓς ἄρτι καίνεις;

757. πομπὴν πέμπετε; Sic cod. et edit. B. Juntæ. In ceteris πομπὴ πέμπεται;

νὴ τὸν Δία τὸν Σωτῆρα.
Αν. α΄. πῶς;
Αν. β΄. πῶς; ῥᾳδίως.
Αν. α΄. τί δ'; οὐχὶ πειθαρχεῖν με τοῖς νόμοισι δεῖ;
Αν. β΄. ποίοισιν, ὦ δύστηνε;
Αν. α΄. τοῖς δεδογμένοις.
Αν. β΄. δεδογμένοισιν; ὡς ἀνόητος ἦσθ' ἄρα.
Αν. α΄. ἀνόητος;
Αν. β΄. οὐ γάρ; ἠλιθιώτατος μὲν οὖν
ἁπαξαπάντων.
Αν. α΄. ὅτι τὸ ταττόμενον ποιῶ;
τὸ ταττόμενον γὰρ δεῖ ποιεῖν τὸν σώφρονα
μάλιστα πάντων.
Αν. β΄. τὸν μὲν οὖν ἀβέλτερον.
Αν. α΄. σὺ δ' οὐ καταθεῖναι διανοεῖ;
Αν. β΄. φυλάξομαι,
πρὶν ἄν γ' ἴδω τὸ πλῆθος ὅ τι βουλεύεται.
Αν. α΄. τί γὰρ ἄλλο γ', ἢ φέρειν παρεσκευασμένοι
τὰ χρήματ' εἰσίν;
Αν. β΄. ἀλλ' ἰδὼν ἂν ἐπιθόμην.
Αν. α΄. λέγουσι γοῦν ἐν ταῖς ὁδοῖς.
Αν. β΄. λέξουσι γοῦν.
Αν. α΄. καὶ φασὶν οἴσειν ἀράμενοι.
Αν. β΄. φήσουσι γοῦν.
Αν. α΄. ἀπολεῖς ἀπιστῶν πάντ'.
Αν. β΄. ἀπιστήσουσι γοῦν.
Αν. α΄. ὁ Ζεύς σέ γ' ἐπιτρίψειεν.
Αν. β΄. ἐπιτρίψουσι γοῦν.
οἴσειν δοκεῖς τιν', ὅστις αὐτῶν νοῦν ἔχει;

772. ἀλλ' ἰδὼν ἂν ἐπιθόμην. Solœce vulgo ἀλλ' ἰδὼν ἐπειθόμην. Sæpissime a librariis istæ formæ ἐπιθόμην, ἐπειθόμην male commutatæ, cujus rei exemplum enotatum fuit ad Ran. 1376. aliaque occurrent. Equidem quempiam novi, cui vulgata lectio, nedum vitii suspecta sit, digna visa est, quæ tanquam exemplum proponeretur, ad cujus normam græcus sermo exigi posset: sed

μάταιός ἐστι, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ.

Vide notam supra ad v. 255.

773. λέγουσι γοῦν—λέξουσι γοῦν. In repetitione earundem vocum sita est venustas, cujus maxima pars perit, si legas, ut vulgo, λέξουσι γάρ. Postrema hæc particula rursus perperam infertur in trium sequentium versuum fine; quo sententiæ nexu, ostendet qui eam tueri volet.

776. Vulgo sic fertur hic versus uno pede claudus:

ὁ Ζεύς σ' ἐπιτρίψειεν.—ἐπιτρίψει γάρ.

At in cod. et in primariis editt. legitur:

ὁ Ζεύς σ' ἐπιτρίψειεν.—ἐπιτρίψουσι γάρ.

οὐ γὰρ πάτριον τοῦτ' ἐστὶν, ἀλλὰ λαμβάνειν
ἡμᾶς μόνον δεῖ, νὴ Δία. καὶ γὰρ οἱ θεοί·
γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν γε· καὶ τἀγάλματα,
ὅταν γὰρ εὐχώμεσθα διδόναι τἀγαθὰ,
ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν,
οὐχ ὥστε δώσοντ', ἀλλ' ὅπως τι λήψεται.
Αν. α'. ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, σύ γ' ἔμ' ἔα προὔργου τι δρᾶν.
ταυτὶ γάρ ἐστι συνδετέα. ποῦ μοι 'σθ' ἱμάς;
Αν. β'. ὄντως γὰρ οἴσεις;
Αν. α'. ναὶ μὰ Δία, καὶ δὴ μὲν οὖν
τωδὶ ξυνάπτω τὼ τρίποδε.
Αν. β'. τῆς μωρίας;
τὸ μηδὲ περιμείναντα τοὺς ἄλλους ὅ τι
δράσουσιν, εἶτα τηνικαῦτ' ἤδη—
Αν. α'. τί δρᾶν;
Αν. β'. ἐπαναμένειν· ἔπειτα διατρίβειν ἔτι.
Αν. α'. ἵνα δὴ τί;
Αν. β'. σεισμὸς εἰ γένοιτο πολλάκις,
ἢ πῦρ ἀπότροπον, ἢ διάξειεν γαλῆ,
παύσαιντ' ἂν εἰσφέροντες, ὦ 'μβρόντητε σύ.

780. Hic versus in Aldino codice mutilus erat; sic legitur in editione principe:

γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τι, καὶ

Sinceriore codice usus Bern. Junta integrum versum edidit:

γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τι, καὶ τἀγάλματα.

Totidem iisdemque literis scriptus est in Reg. cod. Hanc lectionem repræsentavit Cratander, quam postea imperite mutavit Zanettus, pro τἀγάλματα posito τἀγαλμάτων. Bona lectio rursus prodiit in Parisina Wecheli. Ant. Fracinus et Frobenius mutilum Aldi versum exhibuerunt. Kusterus vero ex Fabro edidit:

γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τι καὶ [ἀγαλμάτων].

Satius erat bellis illis editoribus postremam vocem, quam pro spuria habebant, prorsus omittere, quam pravum adeo senarium in Comici textum inferre. καὶ ante ἀγαλμάτων necessario eliditur, et scribendum erat κἀγαλμάτων, quo pacto versus non stetisset. Quæ ad hunc locum commentatus est Faber nauci non sunt, nec Abreschii meminisse quidquam adtinet, qui in Dilucid. Thuc. p. 439. ridicule se torquet, ut pravam Fabri lectionem tueatur. At Kusterum nescio quo nomine appellem, qui alterius lectionis τἀγάλματα notitiam habuerit, nec tamen viderit eam unice veram esse. In codicis scriptura leve vitium est, librariorum solemni errore: τι mutandum in γε. Verba autem sic ordinari et suppleri debent: λαμβάνειν ἡμᾶς μόνον δεῖ. καὶ γὰρ οἱ θεοὶ (μόνον λαμβάνουσι.) γνώσει δὲ (τοῦτο) ἀπὸ τῶν χειρῶν γε (αὐτῶν.) καὶ γὰρ ὅταν εὐχώμεσθα (αὐτοῖς) διδόναι (ἡμῖν) τἀγαθὰ, τὰ ἀγάλματα ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν—

782. τὴν χεῖρ' ὑπτίαν, idem quod τὴν χεῖρα κοίλην, Thesm. 937.

784. σύ γ' ἔμ' ἔα. In cod. σύ γε ἔα, male omisso pronomine. In impressis minus concinne:

ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, ἔα με τῶν προὔργου τι δρᾶν.

Mendas primariarum editt. referre nihil adtinet.

785. ποῦ μοι 'σθ' ἱμάς; Vulgo ποῦ μοὔσθ' ἱμάς;

Αν. α'. χαρίεντα γοῦν πάθοιμ' ἄν, εἰ μὴ 'χοιμ' ὅποι
ταῦτα καταθείην.
Αν. β'. μὴ γὰρ οὐ λάβοις ἅποι.
θάῤῥει, καταθήσεις, κἂν ἔνην ἔλθῃς.
Αν. α'. τιή;
Αν. β'. ἐγῷδα τούτους χειροτονοῦντας μὲν ταχεῖς·
ἅττ' ἂν δὲ δόξῃ, ταῦτα πάλιν ἀρνουμένους.
Αν. α'. οἴσουσιν, ὦ 'τάν.
Αν. β'. ἢν δὲ μὴ κομίσωσι, τί;
Αν. α'. ἀμέλει κομιοῦσι.
Αν. β'. ἢν δὲ μὴ κομίσωσι, τί;
Αν. α'. μαχούμεθ' αὐτοῖς.
Αν. β'. ἢν δὲ κρείττους ὦσι, τί;
Αν. α'. ἄπειμ' ἐάσας.
Αν. β'. ἢν δὲ πωλῶσ' αὐτά, τί;
Αν. α'. διαῤῥαγείης.
Αν. β'. ἢν διαῤῥαγῶ δέ, τί;
Αν. α'. καλῶς ποιήσεις.
Αν. β'. σὺ δ' ἐπιθυμήσεις φέρειν;
Αν. α'. ἔγωγε· καὶ γὰρ τοὺς ἐμαυτοῦ γείτονας
ὁρῶ φέροντας.
Αν. β'. πάνυ γ' ἂν οὖν Ἀντισθένης
αὔτ' εἰσενέγκοι· πολὺ γὰρ ἐμμελέστερον
πρότερον χέσαι πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας.
Αν. α'. οἴμωζε.
Αν. β'. Καλλίμαχος δ' ὁ χοροδιδάσκαλος
αὐτοῖσιν εἰσοίσει τί πλεῖον Καλλίου;
ὤνθρωπος οὗτος ἀποβαλεῖ τὴν οὐσίαν.

795. καταθείην. Vulgo καταθείμην.— μὴ γὰρ οὐ λάβοις ὅποι. Vertit Faber: *Cave metuas, fieri non potest quin habeas ubi possis deponere, etiamsi ad ultimum mensis diem veneris.* Quod frigidum est et alienum a Græcorum significatione. Concisa phrasis est et elliptica, sic supplenda: ἀλλὰ δέδοικα μὴ οὐκ ἔχῃς ὅποι λάβοις. *Times ne habeas ubi deponas: at ego tibi timeo, vel, time vero potius, ne habeas ubi capere possis.* Dixerat supra idem homo v. 778. ἀλλὰ λαμβάνειν ἡμᾶς μόνον δεῖ.

796. ἔνην. Sic cod. Vulgo ἔνης.

797. ἐγῷδα. Sic cod. Vide ad Thesm. 502.

807. πολὺ γὰρ ἐμμελέστερον (sub ἔσται vel δόξει αὐτῷ) πρότερον χέσαι—Fallitur Berglerus istud χέσαι accipiens pro tertia persona optativi, quum sit infinitivus. Si χέσαι esset optativi modi, oporteret πολύ γ' ἄν, tumque ἐμμελέστερον, sic adverbialiter accipiendum, nullo nexu cum ceteris orationis partibus cohæreret. Præterea forma illa optativi χέσαιμι, χέσαις, χέσαι, Attica non est.

810. τί πλεῖον. Sic cod. et edit. Bern. Juntæ. Male vulgo τί πλείω.

Αν. α'. δεινά γε λέγεις.
Αν. β'. τί δεινόν; ὥσπερ οὐχ ὁρῶν
ἀεὶ τοιαῦτα γιγνόμενα ψηφίσματα.
οὐκ οἶσθ' ἐκεῖν', ἄδοξε, τὰ περὶ τῶν ἁλῶν;
Αν. α'. ἔγωγε.
Αν. β'. τοὺς χαλκοῦς δ' ἐκείνους ἡνίκα
ἐψηφισάμεθ', οὐκ οἶσθα;
Αν. α'. καὶ κακόν γ' ἐμοὶ
τὸ κόμμ' ἐγένετ' ἐκεῖνο. πωλῶν γὰρ βότρυς,
μεστὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων·
κἄπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα.
ἔπειθ' ὑπέχοντος ἄρτι μου τὸν θύλακον,
ἀνέκραγ' ὁ κήρυξ, ΜΗ ΔΕΧΕΣΘΑΙ ΜΗΔΕΝΑ
ΧΑΛΚΟΥΝ ΤΟΛΟΙΠΟΝ· ΑΡΓΥΡΩ ΓΑΡ
ΧΡΩΜΕΘΑ.
Αν. β'. τὸ δ' ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ἡμεῖς ὤμνυμεν,
τάλαντ' ἔσεσθαι πεντακόσια τῇ πόλει
τῆς τετταροκοστῆς, ἣν ἐπόρισ' Εὐριπίδης;
κεὐθὺς κατεχρύσου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην·
ὅτε δὴ δ' ἀνασκοπουμένοις ἐφαίνετο
Ο ΔΙΟΣ ΚΟΡΙΝΘΟΣ, καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἤρκεσεν,

814. ἐκεῖν', ἄδοξε, τὰ περὶ τῶν ἁλῶν. Sic bene cod. Duo enim fuisse decreta intelligitur, quorum posteriore prius abrogatum fuit. Vulgo οὔδοξε, τὸ—

816. ἐψηφισάμεθ'. Sic cod. et edit. B. Juntæ. In Aldina et aliis exinde ἐψηφισάμεσθ'. Vide not. ad Ran. 300.

823. τὸ δ' ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ἡμεῖς ὤμνυμεν. Sic legitur hic versus in cod. et in edit. B. Juntæ. Immo sic legitur etiam in editione Kusteri, in quam nescio quo casu irrepsit bona lectio. Quin eam a sciente et volente receptam fuisse credam, facit ejus nota: *Placet conjectura Scaligeri, qui versum hunc sic supplet et emendat:*

τί δ'; οὐκ ἔναγχος τοῦθ' ἅπαντες ὤμνυμεν;

Diu mecum quæsivi, quid sibi hæc nota vellet: non enim videbam, quid causæ esset cur aut supplementi aut emendationis indigeret vulgata lectio. Rem altius repetendam esse suspicatus sum. Fabri editionem adii, in qua exstat:

τὸ δ' ἔναγχος οὐχὶ τοῦτο πάντες ὤμνυμεν;

Licet iners mihi τοῦτο videretur, nihil tamen in versu hiulci aut mendosi deprehendebam, aliudque a Scaligero lectum fuisse intellexi. Principem editionem consului, in qua demum versum hunc sic constitutum vidi:

τὸ δ' ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ὤμνυμεν;

Aldi lectionem repræsentarunt Fracinus, Cratander, Veneti, Wechelus, Frobenius, Batavi, ita ut nesciam unde sincerum istud ἡμεῖς ab Aldo omissum in Kusteri editionem migrarit. Scaligerum itaque cum suo supplemento valere jubeamus.

825. ἣν ἐπόρισ'. Sic bene cod. a themate πορίζω. Perperam vulgo ἣ 'ὐπόρισ'—

827. ὅτε δὴ δ' ἀνασκοπουμένοις. Sic recte cod. mendose rursus impressi ὅτε δ' ἤδ', ut supra v. 315.—ἐφαίνετο. Cod. ἐμφαίνεται.

828. οὐκ ἤρκεσεν. Perperam Scaliger οὐκ ἤρεσεν. Equit. 524.

καὶ λυδίζων, καὶ ψηνίζων, καὶ βαπτόμενος βατραχείοις
οὐκ ἐξήρκεσεν.

πάλιν κατεπίττου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην.
Αν. α'. οὐ ταυτόν, ὦ 'τάν. τότε μὲν ἡμεῖς ἤρχομεν·
νῦν δ' αἱ γυναῖκες.
Αν. β'. ἅς γ' ἐγὼ φυλάξομαι,
νὴ τὸν Ποσειδῶ, μὴ κατουρήσωσί μου.
Αν. α'. οὐκ οἶδ' ὅ τι ληρεῖς. φέρε σὺ τἀνάφορον, ὁ παῖς.
Κη. ὦ πάντες ἀστοί, νῦν γὰρ οὕτω ταῦτ' ἔχει,
χωρεῖτ', ἐπείγεσθ' εὐθὺ τῆς στρατηγίδος,
ὅπως ἂν ὑμῖν ἡ τύχη κληρουμένοις
φράσῃ καθ' ἕκαστον ἄνδρ', ὅπου δειπνήσετε·
ὡς αἱ τράπεζαί γ' εἰσὶν ἐπινενησμέναι
ἀγαθῶν ἁπάντων, καὶ παρεσκευασμέναι,
κλῖναί τε σισυρῶν καὶ δαπίδων νενησμέναι.
κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες,
ἱστᾶσί τ' ἐφεξῆς· τὰ τεμάχη ῥιπίζεται,
λαγῷ' ἀναπηγνύασι, πόπανα πέττεται,

Præterea eo minus necessaria mutatio est, quod ἀρκεῖν et ἀρέσκειν adfinis sint significationis, et *in nonnullis locutionibus permutentur*, ut observat Valckenarius ad Eurip. Hippol. 278.

833. φέρε σὺ τἀνάφορον, ὁ παῖς. Sic bene cod. quod ut reponeretur accedere necesse non erat codicis auctoritatem. Nam certum est senarium in quarta sede spondeum non admittere. Editt. tamen omnium mendam σοὶ τἀνάφορον non est ullus editor qui subolfecerit. Fabri stuporem non miror: sed Kusteri veternum excitare poterat Suidas, quem ipse laudat, quique ipsi sinceram subministrabat lectionem. Sic enim ille: 'Ανάφορον, ξύλον ἀμφίκοιλον, ἐν ᾧ τὰ φορτία ἐξαρτήσαντες οἱ ἐργάται βαστάζουσιν. 'Αριστοφάνης· φέρε σὺ τἀνάφορον, ὁ παῖς.

836. ὅπως ἂν ὑμῖν. Sic recte Faber edidit, ut sententia flagitat: vulgo legitur ἡμῖν.

838. ἐπινενησμέναι, et mox νενησμέναι. Vide Nub. 1203. Vulgo ἐπινενασμέναι et νενασμέναι.

841. Vulgo sic legitur hic locus: κρατῆρα συγκιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες ἱστῶσ' ἐφεξῆς, quorum absurditatem ostendit Dawesius Misc. Crit. p. 271. Ejus acumini debetur sincera lectio κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν, e qua vides alteram unius literæ mutatione depravatam fuisse, quod quidem ideo contigit, quia voces olim conjunctas male disjunxit librarius aliquis. Scriptum erat ΚΡΑΤΗΡΑΣΕΓΚΙΡΝΑΣΙΝ. Litera Σ quæ ad priorem pertinebat, posteriori contributa fuit, quod mutationis Ε in Υ causa fuit. Res est manifesta. Ad eundem fere modum in Pl. v. 707. ἐγκαλυψάμην mutatum fuerat in συγκαλυψάμην. Quod sequitur ἱστῶσ' ἐφεξῆς, id est plene ἱστῶσαι ἐφεξῆς, minus feliciter ille mutabat in ἱστῶντες ἐφεξῆς. Ad genuinam lectionem nobis viam aperuit Reg. cod. scriptura, quæ sic habet:

κρατῖνα συγκιρνᾶσιν· αἱ μυροπώλιδες
ἱστᾶσι. ἐφεξῆς τὰ τεμάχη ῥιπίζεται.

In fine vocis ἱστάσ' superne ad latus literæ σ positum est brevius ι. Et in vocum scriptura et in distinctione mendæ sunt ibi multæ, sed genuinam poëtæ manum facile est inde elicere:

κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες,
ἱστᾶσί τ' ἐφεξῆς.

Quis non meminit Virgilii canentis?

Crateras magnos statuunt et vina coronant.

Sane crateres et magni et complures esse debebant, in quibus vinum misceretur universo Atheniensi populo. Sagaci Britanno unicus crater merito ridiculus videtur.

στέφανοι πλέκονται, φρύγεται τραγήματα·
χύτρας ἔτνους ἕψουσιν αἱ νεώταται·
Σμοιὸς δ' ἐν αὐταῖς ἱππικὴν στολὴν ἔχων
τὰ τῶν γυναικῶν διακαθαίρει τρυβλία.
γέρων δὲ χωρεῖ χλανίδα καὶ κονίποδας
ἔχων, καχάζων μεθ' ἑτέρου νεανίου·
ἐμβὰς δὲ κεῖται, καὶ τρίβων ἐῤῥιμμένος.
πρὸς ταῦτα χωρεῖθ', ὡς ὁ τὴν μᾶζαν φέρων
ἕστηκεν· ἀλλὰ τὰς γνάθους διοίγνυτε.
Ἀν. β'. οὐκοῦν βαδιοῦμαι δῆτα. τί γὰρ ἕστηκ' ἔχων
ἐνταῦθ', ἐπειδὴ τῇ πόλει ταυτὶ δοκεῖ;
Ἀν. α'. καὶ ποῖ βαδιεῖ σὺ, μὴ καταθεὶς τὴν οὐσίαν;
Ἀν. β'. ἐπὶ δεῖπνον.
Ἀν. α'. οὐ δῆτ', ἤν γ' ἐκείναις νοῦς ἐνῇ,
πρίν γ' ἂν ἀπενέγκῃς.
Ἀν. β'. ἀλλ' ἀποίσω.
Ἀν. α'. πηνίκα;
Ἀν. β'. οὐ τοὐμὸν, ὦ 'τὰν, ἐμποδὼν ἔσται.
Ἀν. α'. τί δή;
Ἀν. β'. ἑτέρους ἀποίσειν φήμ' ἔθ' ὑστέρους ἐμοῦ.
Ἀν. α'. βαδιεῖ δὲ δειπνήσων ὅμως;
Ἀν. β'. τί γὰρ πάθω;

844. φρύγεται τραγήματα. Lepida est vulgata lectio φρύγονται τραγήματα, quæ saltem in Kusteriana repeti non debebat. Mendam non persensisse videtur Berglerus. In cod. scriptum φρύσσεται. Ran. 510. καὶ τραγήματα ἔφρυγε.

846. Smœus iste erat αἰσχροποιὸς εἰς τὰς γυναῖκας, ut ait Scholiastes, qualis et Ariphrades, de quo similiter in Pace 885.

τὸν ζωμὸν αὐτῆς προσπεσὼν ἐκλάψεται.
BERGLER.

Per τὰ τρυβλία innuitur τὰ αἰδοῖα. Smœus autem inter equites meruerat, aut huic militiæ nomen suum dederat, in quam forte acceptus non fuerat, ideo mentione ἱππικῆς στολῆς eum notat Comicus.

848. κονίποδας. Perperam vulgo κονίποδα. Calceamenti levis genus quoddam κονίποδες.

849. καχάζων. Sic bene cod. Vulgo corrupto metro καγχάζων. Illud reponendum esse jam monuerat Piersonus ad Mœrin p. 215.

854. ἐπειδὴ τῇ πόλει ταυτὶ δοκεῖ. Sic cod. In impressis ἐπειδὴ ταῦτα τῇ πόλει δοκεῖ.

855. Præco, seu, si mavis, Præconissa, postquam cives ad epulum convocavit, partes suas absolvit, nec ulla causa est cur in scena moretur: abit igitur proclamatione facta. Perquam absurde vulgo quæ sunt hominis probi, isti Præconi tribuuntur, quo pacto perit omnis hujus diverbii lepor.

857. πρίν γ' ἂν ἀπενέγκῃς. Sic recte cod. Perperam in impressis cum versus ruina omissa est particula ἂν, quæ fere semper apud Comicum πρὶν comitatur cum subjunctivo constructum. Vide not. ad Lys. 1005. In primariis editt. πρίν γ' ἀπενείκῃς.—ἀλλ' ἀποίσω.—πηνίκα; Sic recte cod. Perperam in impressis ἐπηνίκα;

τὰ δυνατὰ γὰρ δεῖ τῇ πόλει ξυλλαμβάνειν
τοὺς εὖ φρονοῦντας.
Αν. α'. ἢν δὲ κωλύσωσι, τί;
Αν. β'. ὁμόσ' εἶμι κύψας.
Αν. α'. ἢν δὲ μαστιγῶσι, τί;
Αν. β'. καλούμεθ' αὐτάς.
Αν. α'. ἢν δὲ καταγελῶσι, τί;
Αν. β'. ἐπὶ ταῖς θύραις ἑστὼς - - -
Αν. α'. τί δράσεις; εἰπ' ἐμοί.
Αν. β'. τῶν εἰσφερόντων ἁρπάσομαι τὰ σιτία.
Αν. α'. βάδιζε τοίνυν ὕστερος· σὺ δ', ὦ Σίμων,
καὶ Παρμένων, αἴρεσθε τὴν παμπησίαν.
Αν. β'. φέρε νυν ἐγώ σοι ξυμφέρω.
Αν. α'. σύ; μηδαμῶς.
δέδοικα γὰρ μὴ καὶ παρὰ τῇ στρατηγίδι,
ὅταν κατατιθῶ, προσποιῇ τῶν χρημάτων.
Αν. β'. νὴ τὸν Δία, δεῖ γοῦν μηχανήματός τινος,
ὅπως τὰ μὲν ὄντα χρήμαθ' ἕξω, τοῖσδε δὲ
τῶν ματτομένων κοινῇ μεθέξω πως ἐγώ.
ὀρθῶς ἔμοιγε φαίνεται· βαδιστέον
ὁμόσ' ἐστὶ δειπνήσοντα, κοὐ μελλητέον.
Χο. (λείπει ἡ τοῦ Χοροῦ ᾠδή.)

ΓΡΑΕΣ ΤΙΝΕΣ, ΝΕΑΝΙΣ, ΝΕΑΝΙΑΣ, ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ, ΔΕΣΠΟΤΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

Γρ. α'. ΤΙ ποτ' ἄνδρες οὐχ ἥκουσιν; ὥρα δ' ἦν πάλαι·

867. ὦ Σίμων. Sic recte cod. Frequens in Comœdia nomen. Perperam in impressis Σίκων.

868. παμπησίαν. τὴν πᾶσαν κτῆσιν. πᾶσαν τὴν ὕπαρξιν. Huc respexit Pollux p. 1154. Sed παμπησία, non minus quam παγκληρία vox est tragica, et sermone vulgi haud frequentata. Talibus cum in aliis fabulis, tum in hac maxime, multis utitur Comicus. Æschylus S. Theb. 819.

διέλαχον σφυρηλάτῳ
Σκύθῃ σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν.

Euripides Ione 1316.

ἴσ' ἀσπὶς, ἔγχος θ', ἥδε σοι παμπησία.

869. σύ; μηδαμῶς. Sic optime cod. In impressis μὴ, μηδαμῶς.

870. παρὰ τῇ στρατηγίδι. Supra 835. ἐπείγεσθ' εὐθὺ τῆς στρατηγίδος. Hoc substantivo augeantur lexica, in quibus στρατηγὶς reperitur quidem, sed tantum adjective. Scribere poterat v. 491. Comicus, ὅθεν περ ἡ στρατηγὶς ἦσθ'—et v. 500. ὡς τήνδε καὶ δὴ τὴν στρατηγίδ' ἡμῶν χωροῦσαν ὁρῶμεν. Sed iis in locis æque bene dixit στρατηγὸς et στρατηγόν. Sic Thesm. 432. ἡ γραμματεὺς, ad quem modum tot substantiva masculina de feminis adhibentur, adeo ut mirer illud Pollucem tanquam rarum quid et insolitum enotasse. Vide notam ad eum locum.

ἐγὼ δὲ καταπεπλασμένη ψιμυθίῳ
ἕστηκα καὶ κροκωτὸν ἠμφιεσμένη,
ἀργός, μινυρομένη τι πρὸς ἐμαυτὴν μέλος,
παίζουσ᾽, ὅπως ἂν περιλάβοιμ᾽ αὐτῶν τινα
παριόντα. Μοῦσαι, δεῦρ᾽ ἴτ᾽ ἐπὶ τοὐμὸν στόμα,
μελύδριον εὑροῦσαί τι τῶν Ἰωνικῶν.

Νε. νῦν μέν με παρακύψασα προὔφθης, ὦ σαπρά.
ᾤου δ᾽ ἐρήμας, οὐ παρούσης ἐνθαδὶ
ἐμοῦ, τρυγήσειν, καὶ προσάξεσθαι τινά,
ᾄδουσ᾽· ἐγὼ δ᾽, ἢν τοῦτο δρᾷς, ἀντᾴσομαι.
κεἰ γὰρ δι᾽ ὄχλου τοῦτ᾽ ἐστὶ τοῖς θεωμένοις,
ὅμως ἔχει τερπνόν τι, καὶ κωμῳδικόν.

Γρ. α΄. τούτῳ διαλέγου, κἀπιχώρησον· σὺ δὲ
φιλοττάριον αὐλητά, τοὺς αὐλοὺς λαβὼν,
ἄξιον ἐμοῦ καὶ σοῦ προσαύλησον μέλος.
εἴ τις ἀγαθὸν βούλεται
παθεῖν τι, παρ᾽ ἐμοὶ χρὴ καθεύδειν.
οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔν-
εστιν, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς πεπείροις·
οὐδέ τις στέργειν ἂν ἐθέλοι
μᾶλλον ἢ ᾽γὼ τὸν φίλον,

880. μινύρομαι secundam producit, quæ in μινυρίζω corripitur. Illud forma tantum media adhibetur, hoc activa. Sic differunt μαρτύρομαι et μαρτυρέω, quod Clarkio observatum ad Ἰλ. α΄. 338.

881. περιλάβοιμ᾽. In cod. παραλάβοιμ᾽.

884. Perperam hæc vulgo alii anui tribuuntur, quæ puellæ esse vere censuit Berglerus. In faceto hoc anuum, puellæ et adolescentis congressu personæ vulgo absurdissime notatæ. Eas ego clarius distinxi, et ad fabulæ œconomiam loquendi vices eis divisi, quod hic semel tantum moneo.

885. ἐνθαδί. Vulgo ἐνθάδε. Illud magis est Atticum, hicque reponi debuit ad vitandum ingratum hiatum ob concursum ejusdem vocalis. ἐνθαδὶ ἐμοῦ aures suavius accidit, quam ἐνθάδε ἐμοῦ. Nihil minutum est eorum quæ ad venustatem conferunt; nec scio an sæpius quam par erat ejusmodi minutias neglexerim.

887. ἢν τοῦτο δρᾷς, ἀντᾴσομαι. In primariis editt. literis male disjunctis, δράσαντ᾽ ᾄσομαι. In cod. ἢν τοῦτο δράσῃς ᾄσομαι.

890. κἀπιχώρησον. Sic libri. Anus puellæ senem quemdam ostendit, eique dicit: *Cum hoc sene colloquere et ei permitte, seu, copiam fac tui.* Quia lege cautum fuerat ne formosæ puellæ adolescentem ullum admitterent, antequam seni alicui gratificatæ fuerint. Vide supra 705. Suspecta tamen est hæc scriptura, et cum Fabro malim κἀποχώρησον. Intelligenda phrasis tanquam si scriptum esset: ἀποχωρήσασα τούτῳ διαλέγου. Schema est quod vocant πρωθύστερον. Eaque ratione bene hic διαλεχθῆναι eo sensu accipiatur, quem in Pl. vers. 1082. minus probavi. *Abscede hinc et cum hoc seniculo rem habe.*

896. Versus hic est dimeter trochaicus, cujus corrupti sunt numeri: scribendum,

εστιν, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς πεπείροις.

In cod. scriptum ἐν ταῖς ἐμπείροις, ad sensum non male, sed reclamante metro. ἐμπείροις glossema est.

ὥπερ ξυνείην· ἀλλ' ἐφ' ἕτερον ἂν πέτοιτο.
Νε. μὴ φθόνει ταῖσιν νέαισι,
τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε
τοῖσιν ἁπαλοῖς μηρίοισι,
κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπανθεῖ·
σὺ δ', ὦ γραῦ, παραλέλεξαι, κἀντέτριψαι, τῷ
θανάτῳ μέλημα.
Γρ. α'. ἐκπέσοι σου τὸ τρῆμα,
τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις,
βουλομένη σποδεῖσθαι,
κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὕροις,
καὶ προσελκύσαιο βουλομένη φιλῆσαι.
Νε. αἶ, αἶ· τί ποτε πείσομαι; οὐχ ἥκει μοι ταῦρος·
μόνη δ' αὐτοῦ λείπομαι·
ἡ γάρ μοι μήτηρ ἄλλῃ βέβηκε,
καὶ τἄλλ' οὐδὲν μετὰ ταῦτα.
ἀλλ', ὦ μαῖ', ἱκετεύω,
κάλει τὸν Ὀρθαγόραν, οὕτως
σαυτῆς κατόναι', ἀντιβολῶ σε.
Γρ. α'. ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας
τρόπον, τάλαινα, κνησιᾷς:

900. *ταῖσιν νέαισι.* Sic ob metrum scribendum: est enim hic versus etiam trochaicus. Vulgo *ταῖσι.*

902. Mendose vulgo legitur *τοῖς ἁπαλοῖς μηρίοις*: in cod. *μηροῖς*. Versus est dimeter trochaicus.

906. Anus istæ imprecationes subobscuræ sunt, quibus luminis adtulit quantum potuit Bisetus. Quemadmodum ille, per *τὸ τρῆμα* intelligio *τὸ αἰδοῖον*: hoc enim puellis etiam accidit, quarum labefactata valetudo. *ἐπίκλιντρον* pars est lecti, ad quam pulvinum ponebant sustinendo capiti, qua de re vide Salmasium ad H. A. p. 63. cetera sensu naturali accipio: *et anguem pro mentula in lecto reperias.*

910. *προσελκύσαιο.* Perperam in cod. *προσελκύσαις.* Literam *σ* ad hunc modum pingebant veteres C, inde contigit ut C et O sæpissime commutarentur. In Ran. 437. observavimus *αἴροις* pro *αἴροιο*: in Pl. 1140. *ὑφέλοις* pro *ὑφέλοιο.*

911. *πείσομαι.* In cod. *πυρέσομαι.*— *οὐχ ἥκει μοι ταῦρος.* Inepte vulgo *οὐχ ἥκει μου τοῦρος*, quod Faber vertit, *non venit mihi urina.* Miseret me puellæ *δυσουρίᾳ* laborantis; nec tamen scio quid sit *τοῦρος*: saltem scripsisset *τοῦρον.* Quid in re venerea *ταῦρος* significet, ipse ostendit Comicus hoc versu, qui est in Lys. 217.

οἴκοι δ' ἀταυρώτη διάξω τὸν βίον.

Qui plura cupiet, Valckenarium consulat ad Ammonium p. 40.

914. *καὶ τἄλλ' οὐδὲν μετὰ ταῦτα.* Hæc est scriptura cod. In edit. B. Juntæ additæ sunt duæ voces *δεῖ λέγειν*: in ceteris vero sic legitur hic versus:

καὶ τἄλλ' οὐδέν με ταῦτα δεῖ λέγειν.

Sincerum est *μετὰ ταῦτα*, quo admisso, duarum vocum additamentum sponte sua resecari se patitur.

916. *τὸν ὀρθαγόραν.* Vide Hesychii interpretes ad glossas Ὀρθάνης, ὀρθαγορίσκος—*οὕτως σαυτῆς κατόναι'*. Sic legendum est, quod vidit etiam Faber. Perperam vulgo *ὅπως*. In Thesm. 469.

οὕτως ὀναίμην τῶν τέκνων.

919. *κνησιᾷς*, *pruris.* Ejusdem originis sunt *κατακέκνησμαι* et *κνησμὸς* in Pl. 973.

δοκεῖς δ' ἐμοὶ καὶ λάϐδα κατὰ τοὺς Λεσϐίους.
ἀλλ' οὐκ ἄν ποθ' ὑφαρπάσαιο
τἀμὰ παίγνια· τὴν δ' ἐμὴν
ὥραν οὐκ ἀπολεῖς, οὐδ' ἀπολήψει.
Νε. ᾆδ' ὁπόσα βούλει, καὶ παράκυψον, ὡς γαλῆ.
οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ.
Γρ. α'. οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε.
Νε. καινόν γ', ὦ σαπρά.
Γρ. α'. οὐ δῆτα.
Νε. τί γὰρ ἂν γραῦς καπρῶσά τις λέγοι;
Γρ. α'. οὐ τοὐμὸν ὀδυνήσει σε γῆρας.
Νε. ἀλλὰ τί;
ἡ 'γχουσα μᾶλλον, καὶ τὸ σὸν ψιμύθιον;
Γρ. α'. τί μοι διαλέγει;
Νε. σὺ δὲ τί διακύπτεις;
Γρ. α'. ἐγώ;
ᾄδω πρὸς ἐμαυτὴν Ἐπιγένει τῷ 'μῷ φίλῳ.
Νε. σοὶ γὰρ φίλος τις ἐστὶν ἄλλος, ἢ Γέρης;
Γρ. α'. δείξει γε καὶ σοί. τάχα γὰρ εἶσιν ὡς ἐμέ.
ὁδὶ γὰρ αὐτός ἐστιν.
Νε. οὐ σοῦ γ', ὦ 'λεθρε,
δεόμενος οὐδέν.
Γρ. α'. νὴ Δί', ὦ φθίνυλλα σύ.
Νε. δείξει τάχ' αὐτὸς, ὡς ἔγωγ' ἀπέρχομαι.
Γρ. α'. κἄγωγ', ἵνα γνῷς ὡς πολύ σου μεῖζον φρονῶ.
Νε. εἴθ' ἐξῆν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν,
καὶ μηδὲν πρότερον διασποδῆσαι
ἀνάσιμον ἢ πρεσϐύτερον. οὐ γὰρ ἀνασχετὸν
τοῦτό γ' ἐλευθέρῳ.
Γρ. β'. οἰμώζων ἄρα, νὴ Δία, σποδήσεις.

920. δοκεῖς δ' ἐμοὶ καὶ τοὺς ἄνδρας λεσϐίσουσα. Vide Vesp. 1346. et not. ad Ran. 1308.

924. παράκυψον ὡς γαλῆ. Mendose in impressis: παράκυφ' ὥσπερ γαλῆ. In cod. et in edit. B. Juntæ παράκυφ' ὡς γαλῆ. Inde facile fuit sinceram lectionem restituere.

927. Vulgo legitur: τί γὰρ ἂν γραῦς τάλαινά τις λέγοι; Frigidum est istud τάλαινα, quod nec genuinum esse videtur; illud enim non agnoscit cod. in quo scriptum, τί γὰρ ἂν γραῦς μαινάς τις λέγοι; Mulierem libidine in furorem actam μαινάδα non raro appellant poëtæ. Sed etiamsi soccus appellationem hanc admitteret, metrum hic repugnat. καπρῶσα substitui e Nostro, in Pluto v. 1024.

ἀλλ' ἠπίστατο
γραὸς καπρώσης τἀφόδια κατεσθίειν.

932. Γέρης. Schol. φαλακρὸς οὗτος καὶ πένης.

οὐ γὰρ τἀπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν.
κατὰ τὸν νόμον ταῦτα ποιεῖν
ἔστιν δίκαιον, εἴ γε δημοκρατούμεθα.
ἀλλ' εἶμι τηρήσουσ', ὅ τι καὶ δράσεις ποτέ.

Νε. εἴθ', ὦ θεοὶ, λάβοιμι τὴν καλὴν μόνην,
ἐφ' ἣν πεπωκὼς ἔρχομαι ποθῶν πάλαι.

Νε. ἐξηπάτησα τὸ κατάρατον γράδιον·
φρούδη γάρ ἐστιν, οἰομένη μ' ἔνδον μένειν.

Γρ. α'. ἀλλ' οὑτοσὶ γὰρ αὐτὸς, οὗ μεμνήμεθα.
δεῦρο δὴ, δεῦρο δὴ, φίλον ἐμὸν, δεῦρό μοι
πρόσελθε, καὶ ξύνευνός μοι
τὴν εὐφρόνην ὅπως ἔσει. πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ
τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων.
ἄτοπος δ' ἔγκειταί μοί τις πόθος,
ὅς με διακναίσας ἔχει.
μέθες, ἱκνοῦμαί σ', Ἔρως, καὶ ποίησον τόνδ' ἐς εὐνὴν
τὴν ἐμὴν ἱκέσθαι.

Νε. δεῦρο δὴ, δεῦρο δὴ καὶ σύ μοι
καταδραμοῦσα τὴν θύραν ἄνοιξον
τήνδ'· εἰ δὲ μὴ, καταπεσὼν κείσομαι.
φίλον, ἀλλ' ἐν τῷ σῷ βούλομαι κόλπῳ
πληκτίζεσθαι μετὰ τῆς σῆς πυγῆς.
Κύπρι, τί μ' ἐκμαίνεις ἐπὶ ταύτῃ;
μέθες, ἱκνοῦμαί σ', Ἔρως, καὶ ποίησον τήνδ' ἐς εὐνὴν
τὴν ἐμὴν ἱκέσθαι.
καὶ ταῦτα μέν μοι μετρίως
πρὸς τὴν ἐμὴν ἀνάγκην εἰρημέν' ἐστί· σὺ δ' ἐμοὶ,
φίλτατον, ὦ ἱκετεύω,
ἄνοιξον, ἀσπάζου με· διά τοι σὲ πόνους ἔχω.

942. Hesych. ἐπὶ Χαριξένης. ἐπὶ μωρίᾳ ἡ Χαριξένη διαβεβόηται, ἀρχαία οὖσα. ἔνιοι δὲ καὶ ποιήτριαν αὐτὴν ἐρωτικῶν λέγουσιν. ἔστι δὲ καὶ παροιμία. οἷα τὰ ἐπὶ Χαριξένης.

945. Hic versus senarius est, cujus vulgo soluti sunt numeri: sic in impressis fertur:

ἐπὶ δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα.

In cod. est εἴπερ δημ'—et sensus et metrum εἴ γε flagitant.

948. ἔρχομαι ποθῶν πάλαι. In cod. ποθῶν πάλιν. Vulgo inversus est ordo vocum: ἔρχομαι πάλαι ποθῶν.

952. φίλον ἐμόν. Cod. φίλον ἐμοί.

954. τὴν εὐφρόνην. Sic cod. Inepte vulgo τὴν εὐφροσύνην. Illud reponendum esse vidit Bergierus.

962. Theocritus in simili παρακλαυσιθύρῳ ᾠδῇ, Idyll. iii. 54. κείσευμαι δὲ πεσών.

963. ἐν τῷ σῷ. Sic cod. Vulgo articulus omissus.

971. ἀσπάζου με. Sic bene cod. Vulgo ἀσπάζου σε. Vide infra 975.

ὦ χρυσοδαίδαλτον ἐμὸν μέλημα,
Κύπριδος ἔρνος, μέλιττα Μούσης, Χαρίτων θρέμμα,
Τρυφῆς πρόσωπον,
ἄνοιξον, ἀσπάζου με, διά τοι σὲ πόνους ἔχω.
Γρ. α'. οὗτος, τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς;
Νε. πόθεν;
Γρ. α'. καὶ τὴν θύραν γ' ἤραττες.
Νε. ἀποθάνοιμ' ἄρα.
Γρ. α'. τοῦ δὲ σὺ δεόμενος δᾷδ' ἔχων ἐλήλυθας;
Νε. Ἀναφλύστιον ζητῶν τιν' ἄνθρωπον.
Γρ. α'. τίνα;
Νε. αὐτήν σε κινοῦνθ', ὃν σὺ προσδοκᾷς ἴσως.
Γρ. α'. νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ἤν τε βούλῃ γ', ἤν τε μή.
Νε. ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τὰς ὑπερεξηκοντέτεις
ἐσάγομεν, ἀλλ' ἐσαῦθις ἀναβεβλήμεθα.
τὰς ἐντὸς εἴκοσιν γὰρ ἐκδικάζομεν.
Γρ. α'. ἐπὶ τῆς πρότερον ἀρχῆς γε ταῦτ' ἦν, ὦ γλύκων·
νυνὶ δὲ πρῶτον εἰσάγειν ἡμᾶς δοκεῖ.
Νε. τῷ βουλομένῳ γε, κατὰ τὸν ἐν πεττοῖς νόμον.

972. χρυσοδαίδαλτον. Ut recte edidit B. Junta. Vulgo χρυσοδαίδαλον, quam scripturam adfirmat Suidas in δαίδαλον, ubi hunc locum profert. Mendose in Aldi edit. excusum χρυσοδαίδαλμον. Eurip. Iphig. A. 219. καλλίστους ἰδόμαν χρυσοδαιδάλτους στομίοισι πώλους. Metri lex omnino hic requirit χρυσοδαίδαλτον. Versus est antispasticus trimeter catal. seu hendecasyllabus phalæcius, qui in secundo pede titubaret, si legeretur χρυσοδαίδαλον. Sic eum dimetiri oportet:

ω χρυσοδαι | δαλτον εμον | μελημα.

Pes secundus est choriambus, qui antispasto ἰσόχρονος est, quemque hoc metrum admittit. δαλον εμον quinque tantum constat temporibus, ac proinde metrum pessumdat.

976. πόθεν; Vide ad Ran. 1455.

978. τοῦ δὲ σὺ δεόμενος. In cod. et in edit. B. Juntæ, τοῦ δὲ δεόμενος. Vulgo τοῦ δαὶ δεόμενος.

979. Ἀναφλύστιον. Vide ad Ran. 426.

980. αὐτήν σε κινοῦνθ'—Sic cod. Vulgo βινοῦνθ', quod perinde est. Vide supra ad v. 466.

984. τὰς ἐντὸς εἴκοσιν γὰρ ἐκδικάζομεν. Allegorice. Loquitur enim quasi de litibus forensibus, et intelligit ætates mulierum. Hoc Scholiastes breviter: ἀπὸ τῶν δικῶν. ἔλεγον γὰρ ἀεί· τὰ πρὸ τόσων ἐτῶν δικάζομεν. Nempe quum Athenis non tantum lites domesticæ, sive ipsorum Atheniensium, dijudicarentur, verum etiam exterorum, quicunque Atheniensium imperio erant subjecti, ita obruebantur multitudine negotiorum, ut uno tempore non possent omnes lites cognoscere, sed multas differrent in aliud tempus, deinde in aliud. BERGLERUS.

985. ἐπὶ τῆς πρότερον ἀρχῆς. Sic cod. Vulgo προτέρας.

987. κατὰ τὸν ἐν πεττοῖς νόμον. Sic optime cod. In impressis ἐν Παιτοῖς. Vetus est menda, cujus hæc fertur in scholiis interpretatio: Παιτοί. ἔθνος μέν ἐστι Θρᾳκικόν. ἔπαιζε δὲ Παιτοῖς, παρὰ τὸ παίειν. Sic scholion legendum videtur: sed totum ineptum est. De *calculolorum*, seu *latronum*, quos Græci πεσσὰ, πεττοὺς vocant, ludo, seu de πεττείᾳ videndus Jo. Meursius in *Græcia ludibunda*. πεττείαν cum κυβείᾳ aliquoties confudisse Grammaticos vere observat, quod etiam auctori Etymol. M. contigit, cujus notam hic adponam, non

Γρ. α'. ἀλλ' οὐδὲ δειπνεῖς κατὰ τὸν ἐν πεττοῖς νόμον.
Νε. οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγεις. τήνδε δή μοι κρουστέον.
Γρ. α'. ὅταν γε κρούσῃς τὴν ἐμὴν πρῶτον θύραν.
Νε. ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ κρησέραν αἰτούμεθα.
Γρ. β'. οἶδ' ὅτι φιλοῦμαι· νῦν δὲ θαυμάζεις, ὅτι
θύραισί μ' εὗρες· ἀλλὰ πρόσαγε τὸ στόμα.
Νε. ἀλλ', ὦ μέλ', ὀῤῥωδῶ τὸν ἐραστήν σου.
Γρ. β'. τίνα;
Νε. τὸν τῶν γραφέων ἄριστον.
Γρ. β'. οὗτος δ' ἔστι τίς;
Νε. ὃς τοῖς νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους.
ἀλλ' ἄπιθ', ὅπως μή σ' ἐπὶ θύραισιν ὄψεται.
Γρ. β'. οἶδ', οἶδ' ὅ τι βούλει.
Νε. καὶ γὰρ ἐγώ σε, νὴ Δία.
Γρ. β'. μὰ τὴν Ἀφροδίτην, ἥ μ' ἔλαχεν κληρουμένη,
μὴ 'γώ σ' ἀφήσω.

prout vulgo fertur, sed suppletam ex *Ori Thebani* Etymologico Ms. ad quod vulgatum contulit familiaris meus, atque in Regia Academia socius, eruditissimus LARCHERUS, qui mihi observationes suas in Etymol. M. dedit, iisque, pro eo quo me amplectitur amore, ut tanquam meis uterer permisit: quas si, ut fert animus, cum eruditis aliquando communicavero,

πλήν γ' ἑνὸς ἂν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι.

Scilicet gratum id non accidet nupero commentatori, qui Sophoclem illotis manibus attrectavit: hujus ineptias bene multas in Observationibus illis confutat optimus LARCHERUS. En autem locum Etymologici. Πεσσοὶ, βόλια κυβευτῶν, πεσσὰ, ὁμωνύμως ἥ τε γραμμὴ, καὶ ὁ ψῆφος. πέντε δὲ ἦσαν, οἷς ἐχρῶντο, κατὰ Σοφοκλέα·

καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα, καὶ κύβων βολαί.

και τάχα ἡ πεττεία, οἱονεὶ πεντεία τις οὖσα. ἐπὶ δὲ τῶν πέντε γραμμῶν τὰς ψήφους ἐτίθουν, ὧν ἡ μέση Γραμμὴ Ἱερὰ ἐκαλεῖτο. εὗρε δὲ αὐτὴν Παλαμήδης, ὡς εἴρηται ἐν ἡρωϊκῷ στίχῳ παλαιῷ γραμμάτων τριάκοντα ἕξ, πρὸς τοὺς τόπους οὓς ἔχει τὸ Παλαμήδειον ἀβάκιον·

εὗρε σοφὸς λιμοῦ με παραιφασίην Παλαμήδης.

ἔστι πέτω, ὃ σημαίνει τὸ καταπίπτω· ὃ μέλλων πέσω. ἐξ αὐτοῦ ὄνομα πεσσὸς, ὃ πίπτων ἐν τῷ βάλλεσθαι, καὶ τροπῇ, πεττός. καὶ πεττεύειν, τὸ μεταφέρειν τὴν ψῆφον· ἀπὸ τῶν πεττῶν, τουτέστι τῶν κύβων. πεττεύειν δὲ καὶ τὸ ταβλίζειν. γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ πεττὸς, πεττεύω· δηλοῖ δὲ τὸ μετατιθέναι τὴν ψῆφον, καὶ παίζειν. Si in abaco quadrilatero, qualia sunt nostra ζατρίκια, (gallicum nomen *trictrac* a græco barbaro ζατρίκιον originem ducere videtur.) quinque lineas transversas, totidemque perpendiculares ducas, areolæ efficientur xxxvi. quot numero sunt literæ in illo heroico versu. Etymologi errores, de calculorum jactu, tanquam si tesseræ aut tali essent, loquentis, ostendit Meursius. Confer Salmasium ad H. A. p. 459. seqq.

988. Hic versus in cod. omissus. ratio ob oculos posita.

993. θύραισι. Cod. θύρησι.

994. ὦ μέλ' ὀῤῥωδῶ. Sic recte cod. Perperan vulgo ὦ μελέ ὀῤῥωδῶ. Vide not. ad Lys. 56.

998. οἶδ', οἶδ' ὅ τι βούλει. Sic recte cod. et editt. primariæ. Perperam in recentioribus alterum οἶδ' omissum, cum versus labe. Sic sæpe peccatum fuit. Vide ad Lys. 524. 831. Thesm. 630. 689. 768. 1194. 1226. Ran. 1001.

999. ἥ μ' ἔλαχεν. Sic ob metrum scribi debuit. Perperam vulgo ἔλαχε.

1000. μὴ 'γώ σ' ἀφήσω. Vetans μὴ

Νε. παραφρονεῖς, ὦ γράδιον.
Γρ. β'. ληρεῖς· ἐγὼ δ' ἄξω σ' ἐπὶ τἀμὰ στρώματα.
Νε. τί δῆτα κρεάγρας τοῖς κάδοις ὠνοίμεθ' ἂν,
ἐξὸν, καθέντα γράδιον τοιουτονὶ,
ἐκ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ξυλλαμβάνειν;
Γρ. β'. μὴ σκῶπτέ μ', ὦ τάλαν, ἀλλ' ἕπου δεῦρ' ὡς ἐμέ.
Νε. ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη μοι 'στὶν, εἰ μὴ τῶν ἐτῶν
τὴν πεντακοσιοστὴν κατέθηκας τῇ πόλει.
Γρ. β'. νὴ τὴν Ἀφροδίτην, δεῖ γε μέντοι. ὡς ἐγὼ
τοῖς τηλικούτοις ξυγκαθεύδουσ' ἥδομαι.
Νε. ἐγὼ δὲ ταῖς γε τηλικαύταις ἄχθομαι,
κοὐκ ἂν πιθοίμην οὐδέποτ'.
Γρ. β'. ἀλλὰ, νὴ Δία,
ἀναγκάσει τουτί σε.
Νε. τοῦτο δ' ἔστι τί;
Γρ. β'. ψήφισμα, καθ' ὅ σε δεῖ βαδίζειν ὡς ἐμέ.
Νε. λέγ' αὐτὸ, τί ποτε κἄστι.
Γρ. β'. καὶ δή σοι λέγω.
Ἔδοξε ταῖς γυναιξὶν, ἢν ἀνὴρ νέος
νέας ἐπιθυμῇ, μὴ σποδεῖν αὐτὴν, πρὶν ἂν
τὴν γραῦν προκρούσῃ πρῶτον· ἢν δὲ μὴ θέλῃ
πρότερον προκρούειν, ἀλλ' ἐπιθυμῇ τῆς νέας,
ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον

positum est hic pro negante οὐ, quod non fert harum particularum indoles. Infra 1075. recte legitur, ἀλλ' οὐκ ἀφήσω σ' οὐδέποτ'. Rursus v. 1085. ἀλλ' οὐκ ἀφήσω μὰ Δία σ'. Sic Ranis 513. οὐ γάρ σ' ἀφήσω. Et sic semper in simili formula. Alter tamen succurrit locus, ubi itidem μὴ pro οὐ positum: est in Lys. 917.

μὰ τὸν Ἀπόλλω, μή σ' ἐγὼ,
καίπερ τοιοῦτον ὄντα, κατακλινῶ χαμαί.

Sed et ille locus et hic depravatus est. Scribendum in Lysistrata:

μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὐ μή σ' ἐγὼ—

Sic Ranis 508.

μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὐ μή σ' ἐγὼ
περιόψομ' ἀπελθόντ'—

Hic vero οὐ μή σ' ἀφήσω. Quis enim desiderare possit inutile pronomen ἐγώ? at μή σ' ἀφήσω, pro οὔ σ' ἀφήσω, vix me continere queo, quin solœcum esse pronuntiem.

1004. ἐκ τῶν φρεάτων. Quum apud Homerum aliosque poëtas legere meminissem φρέατα correpta media, mendam hic subesse primo arbitratus fueram, excudique feceram ἐκ τῶν γε φρεάτων. Postea vero intellexi perperam me istud γε infersisse, quod eo abire jussi, unde malum intulerat pedem. Atticis poëtis media in φρέατος longa est, ut in κόβαλος, φλύαρος infinitisque aliis, quod ostendit dimeter hic trochaicus in Pace 578.

τῷ φρέατι τῶν τ' ἐλαῶν.

1006. εἰ μὴ τῶν ἐτῶν. Male scriptum εἰ μὴ τῶν ἐμῶν.

1013. καθ' ὅ σε. Sic emendate scriptum in cod. Aliæ editiones καθόσι, aliæ καθό σε habent. Itane socordes fuisse homines, ut tam apertas mendas non viderent!

Γρ. α'. ἀλλ' οὐκ ἐγὼ,
ἀλλ' ὁ νόμος ἕλκει σ'.
Νε. οὐκ ἐμέ γ', ἀλλ' Ἐμπουσά τις
ἐξ αἵματος φλύκταιναν ἠμφιεσμένη.
Γρ. α'. ἕπου, μαλακίων, δεῦρ', ἀνύσας, καὶ μὴ λάλει.
Νε. ἴθι νυν ἔασον ἐς ἄφοδον πρώτιστά με
ἐλθόντα θαῤῥῆσαι πρὸς ἐμαυτόν· εἰ δὲ μὴ,
αὐτοῦ τι δρῶντα πυῤῥὸν ὄψει μ' αὐτίκα
ὑπὸ τοῦ δέους.
Γρ. α'. θάῤῥει, βάδιζ'· ἔνδον χεσεῖ.
Νε. δέδοικα κἀγὼ, μὴ πλέον γ', ἢ βούλομαι.
ἀλλ' ἐγγυητάς σοι καταστήσω δύο
ἀξιόχρεως.
Γρ. α'. μή μοι καθίστη.
Γρ. γ'. ποῖ σὺ, ποῖ
χωρεῖς μετ' αὐτῆς;
Νε. οὐκ ἔγωγ'· ἀλλ' ἕλκομαι.
ἀτὰρ, ἥτις εἶ γε, πόλλ' ἀγαθὰ γένοιτό σοι,
ὅτι μ' οὐ περιεῖδες ἐπιτριβέντ'. ὦ Ἡράκλεις,
ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω,
τοῦτ' αὖ πολὺ τούτου τὸ κακὸν ἐξωλέστερον.
ἀτὰρ τί τὸ πρᾶγμ' ἔστ', ἀντιβολῶ, τουτὶ ποτε;
πότερον πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου,
ἢ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων;

1056. ἕλκει σ'—Sic optime cod. In edit. B. Juntæ ἕλκει σε. In ceteris pronomen perperam omissum.—οὐκ ἐμέ γ', ἀλλ'—In cod. οὐκ ἐμ', ἀλλ'—

1065. ἀξιόχρεως. Sic perspicue et emendate cod. ut recte edidit Kusterus. In prioribus editt. erat ἀξιόρχρεως, quod defendit et genuinum censet Berglerus, *quia alluditur ad* ὄρχεις. Sed sic oportuisset ἀξιόρχεως. Verum hoc est ingenio abuti. Istud ἀξιόρχρεως nihil aliud est, quam librarii vel typothetæ error.

1068. ὦ Ἡράκλεις. Ut antea Vetulæ ii. ereptus fuerat a puella, nondum conspecta femina, cujus studio nunc Vetulæ i. eripitur, credit etiam puellam esse: sed postquam eam intuitus est, cognovitque anum etiam esse, et insuper altera fœdiorem, in has erumpit exclamationes. Non satis distinctæ erant in prioribus editt. tres vetulæ; quin etiam nescio an ullus editor suspicatus fuerit trinas eas esse.

1073. παρὰ τῶν πλειόνων. Sic cod. quod e Suida bene reposuit Kusterus. In prioribus editt. erat παρὰ τῶν νεκρῶν, quod purum putum est glossema. Sic est apud Suidam: Πλειόνων, τῶν νεκρῶν. ἢ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων. Vera lectio apud Scholiastem etiam deprehendi poterat, cujus verba ad depravatum textum accommodata fuere; scripserat ille: παρὰ τῶν πλειόνων, παρὰ τῶν νεκρῶν. Sed postquam νεκρῶν in textum immigravit, scholion inverterunt, quod sic Aldus edidit; παρὰ τῶν νεκρῶν,

Γρ. γ'. μὴ σκῶπτέ μ', ἀλλὰ δεῦρ' ἕπου.
Γρ. α'. δευρὶ μὲν οὖν.
Γρ. γ'. ὡς οὐκ ἀφήσω σ' οὐδέποτ'.
Γρ. α'. οὐδὲ μὴν ἐγώ.
Νε. διασπάσεσθέ μ', ὦ κακῶς ἀπολούμεναι.
Γρ. γ'. ἐμοὶ γὰρ ἀκολουθεῖν σ' ἔδει κατὰ τὸν νόμον.
Γρ. α'. οὐκ, ἤν ἑτέρα γε γραῦς ἔτ' αἰσχίων φανῇ.
Νε. ἢν οὖν ὑφ' ὑμῶν πρῶτον ἀπόλωμαι κακῶς,
φέρε, πῶς ἐπ' ἐκείνην τὴν καλὴν ἀφίξομαι;
Γρ. γ'. αὐτὸς σκόπει σύ· ταδὶ δέ σοι ποιητέον.
Νε. ποτέρας προτέρας οὖν κατελάσας ἀπαλλαγῶ;
Γρ. α'. οὐκ οἶσθα; βαδιεῖ δεῦρ'.
Νε. ἀφέτω νύν μ' αὑτηί.
Γρ. γ'. δευρὶ μὲν οὖν ἴθ' ὡς ἔμ'.
Νε. ἤν γ' ἡδί μ' ἀφῇ.
Γρ. α'. ἀλλ' οὐκ ἀφήσω μὰ Δία σ'.
Γρ. γ'. οὐδὲ μὴν ἐγώ.
Νε. χαλεπαί γ' ἂν ἦστε γενόμεναι πορθμῆς.
Γρ. α'. τιή;
Νε. ἕλκοντε τοὺς πλωτῆρας ἂν ἀπεκναίετε.
Γρ. α'. σιγῇ βάδιζε δεῦρο.
Γρ. γ'. μὰ Δί', ἀλλ' ὡς ἐμέ.
Νε. τουτὶ τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸ Καννώνου σαφῶς

παρὰ τῶν πλειόνων: tanquam si vox νεκρῶν explicatione indiguisset. Jam stipitem esse oportet, si quis non intelligat, qui glossæ in causa fuere cur textus depravarentur. Vide not. ad Ran. 874. Eustathius initio commentarii ad Odyss. p. 1382. l. 18. ὡς δὲ καὶ νεκροῖς προσφυὲς τὸ, οἱ πολλοὶ, καὶ τὸ, οἱ πλείους, δηλοῖ ὁ εἰπὼν τὸ, ἀπελεύσομαι παρὰ τοὺς πλείονας, ὅ ἐστι, θανοῦμαι. πλείονας γὰρ, τοὺς τεθνῶτας ἐκεῖνος ἔφη.

1077. Male hoc et seq. versu notatæ sunt personæ. Huic versui præponi debuit ΓΡΑΥΣ Α. Sequenti vero ΓΡΑΥΣ Γ. Quippe Anus i. jam antea adolescentem sollicitaverat ut secum esset, quocirca ei dicit: ἐμοὶ γὰρ ἀκολουθεῖν σ' ἔδει κατὰ τὸν νόμον. Tum Anus iii. quæ postrema supervenit omnium fœdissima est, quod ex iis intelligitur, quæ dicit Adolescens v. 1069. Ideo excipit illa: οὐκ, ἢν ἑτέρα γε γραῦς ἔτ' αἰσχίων φανῇ.

1084. Vulgo sic legitur hic versus:

δευρὶ μὲν οὖν ἴθ' ὡς ἐμέ.—ἢν νὴ Δία γ' ἀφῇ.

καιόμεναί τε δεταὶ, τάς τε τρεῖ, ἐσσύμενός περ.

1364. ὦ οὗτος, οὗτος. Sic bini codd. Pronomen, quod ad metri integritatem, non sine sermonis venustate repeti debuit, semel tantum exstat in impressis. Quid deesset, acute vidit Florens, cujus conjectura recipi poterat. Confer not. ad Conc. 998.—στυφεδανέ. Sic bene Suidas. Codd. nostri, ut impressi, habent τυφεδανέ. Vide Toupium in Suidam iii. 142.

Φι. ὡς ἡδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην;
Βδ. οὐ δεινὰ τωθάζειν σε, τὴν αὐλητρίδα
τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα;
Φι. ποίαν αὐλητρίδα;
τί ταῦτα ληρεῖς, ὥσπερ ἀπὸ τύμβου πεσών;
Βδ. νὴ τὸν Δί', αὕτη που 'στὶ σοί γ' ἡ Δαρδανίς.
Φι. οὐκ· ἀλλ' ἐν ἀγορᾷ τοῖς θεοῖς δᾲς καίεται.
Βδ. δᾲς ἥδε;
Φι. δᾲς δῆτ'. οὐχ ὁρᾷς ἐστιγμένην;
Βδ. τί δὲ τὸ μέλαν τοῦτ' ἐστὶν αὐτῆς τοὐν μέσῳ;
Φι. ἡ πίττα δήπου καομένης ἐξέρχεται.
Βδ. ὁ δ' ὄπισθεν, οὐχὶ πρωκτός ἐστιν οὑτοσί;
Φι. ὄζος μὲν οὖν τῆς δᾳδὸς οὗτος ἐξέχει.
Βδ. τί λέγεις σύ; ποῖος ὄζος; οὐκ εἶ δεῦρο σύ;
Φι. ἆ, ἆ, τί μέλλεις δρᾶν;
Βδ. ἄγειν ταύτην λαβὼν
ἀφελόμενός σε, καὶ νομίσας εἶναι σαπρὸν,
κοὐδὲν δύνασθαι δρᾶν.
Φι. ἄκουσον νῦν ἐμοῦ.
'Ολυμπιάσι γὰρ ἡνίκ' ἐθεώρουν ἐγὼ,
'Εφουδίων ἐμαχέσατ' 'Ασκώνδᾳ καλῶς,
ἤδη γέρων ὤν· εἶτα τῇ πυγμῇ θένων
ὁ πρεσβύτερος κατέβαλε τὸν νεώτερον.
πρὸς ταῦτα τηροῦ μὴ λάβῃς ὑπώπια.
Βδ. νὴ τὸν Δί' ἐξέμαθές γε τὴν 'Ολυμπίαν.
Αρ. ἴθι, μοι παράστηθ', ἀντιβολῶ πρὸς τῶν θεῶν.
ὁδὶ γάρ ἐστιν ὅς μ' ἀνὴρ ἀπώλεσε,
τῇ δᾳδὶ παίων, κἀξέβαλεν ἐντευθενὶ
ἄρτους δέκ' ὀβολῶν, κἀπιθήκην τέτταρας.
Βδ. ὁρᾷς ἃ δέδρακας πράγματ' αὖ; δεῖ καὶ δίκας
ἔχειν διὰ τὸν σὸν οἶνον.
Φι. οὐδαμῶς γ', ἐπεὶ
λόγοι διαλλάξουσιν αὐτὰ δεξιοί·
ὥστ' οἶδ' ὁτιὴ ταύτῃ διαλλαχθήσομαι.

1386. τηροῦ, *cave*, ut φυλάττου. Rarius occurrit forma hujus verbi passiva in neutrali significatione, cujus unicum hoc exemplum non satis idoneum affert H. Stephanus in Thesauro. Hic enim poëta, ut Pac. 146. scribere potuisset τήρει. At in hujus fabulæ v. 372. non aliam quam passivam formam admittit metri lex, nec adeo depravationis ulla suspicio esse possit:

ἀλλὰ τηρώμεσθ', ὅπως μὴ Βδελυκλέων
αἰσθήσεται.

Αρ. οὔ τοι, μὰ τὼ θεὼ, καταπροίξει Μυρτίας,
τῆς Ἀγκυλίωνος θυγατέρος καὶ Σωστράτης,
οὕτω διαφθείρας ἐμοῦ τὰ φορτία.
Φι. ἄκουσον, ὦ γύναι. λόγον σοι βούλομαι
λέξαι χαρίεντα.
Αρ. μὰ Δία, μὴ ᾽μοι γ᾽, ὦ μέλε.
Φι. Αἴσωπον ἀπὸ δείπνου βαδίζονθ᾽ ἑσπέρας
θρασεῖα καὶ μεθύση τις ὑλάκτει κύων.
κᾆπειτ᾽ ἐκεῖνος εἶπεν· Ὦ κύον, κύον,
εἰ, νὴ Δί᾽, ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης ποθὲν
πυροὺς πρίαιο, σωφρονεῖν ἄν μοι δοκοῖς.
Αρ. καὶ καταγελᾷς μου; προσκαλοῦμαί σ᾽, ὅστις εἶ,
πρὸς τοὺς Ἀγορανόμους βλάβης τῶν φορτίων,
κλητῆρ᾽ ἔχουσα Χαιρεφῶντα τουτονί.
Φι. μὰ Δί᾽ ἀλλ᾽ ἄκουσον, ἤν τι σοι δόξω λέγειν.
Λᾶσός ποτ᾽ ἀντεδίδασκε καὶ Σιμωνίδης.
ἔπειθ᾽ ὁ Λᾶσος εἶπεν ΟΛΙΓΟΝ ΜΟΙ ΜΕΛΕΙ.
Αρ. ἀληθὲς, οὗτος;
Φι. καὶ σὺ δή μοι, Χαιρεφῶν,
γυναικὶ κλητεύειν ἔοικας θαψίνῃ,
Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου.
Βδ. ὁδί τις ἕτερος, ὡς ἔοικεν, ἔρχεται
καλούμενός σε· τόν γε τοι κλητῆρ᾽ ἔχει.
Κα. οἴμοι κακοδαίμων. προσκαλοῦμαί σ᾽, ὦ γέρον,
ὕβρεως.
Βδ. ὕβρεως; μὴ, μὴ καλέσῃς, πρὸς τῶν θεῶν.
ἐγὼ γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ δίκην δίδωμί σοι,

1405. *σωφρονεῖν ἂν μοι δοκοῖς.* Sic bene A. In B. *δοκῇς.* Vulgo *δοκεῖς.* Utrumque solœcum. Particula *ἂν* ad infinitivum *σωφρονεῖν* non pertinet; cogitandi verbum hic afficit, præcedente conditione: *si—sapere mihi videreris.* Vide not. ad Av. 355. Vulgatæ lectioni mendam subesse vidit, sed non recte collineavit Florens, conjiciendo *μοι 'δόκεις*, pro *μοι ἐδόκεις*. Præcedente *εἰ* cum optativo, alterius membri verbum cum *ἂν* itidem in optativo esse debet, quod jam sæpius adstruximus.

1414. Allusio ad Euripidis Inonem, quod drama, quum ad nos non pervenerit, difficile dictu est, quo Comicus respexerit. Utique in scena non exhibebatur Ino in mare se dejiciens.

1417. ΚΑΤΗΓΟΡΟΣ. Quia paulo ante mentio facta fuerat Euripidis, ineptus librarius illius nomen his versibus præposuit: et, quamvis idem semper homo loquatur, qui primum erat *Euripides*, postea *accusator* appellatur. Nullæ in hac fabula partes sunt Euripidis, cujus nomen in personarum syllabo conspici non debebat. In B. huic versui præfixa persona *ἀνήρ τις*, sequenti vero *Εὐριπίδης*: postea ubicunque homo ille injuriam passus et pœnas repetens loquitur, persona est *κατήγορος*. In A. post v. 1370. nullæ amplius personæ adscriptæ,

ἣν ἂν σὺ τάξῃς, καὶ χάριν προσείσομαι.
Φι. ἐγὼ μὲν οὖν αὐτῷ διαλλαχθήσομαι
ἑκών· ὁμολογῶ γὰρ πατάξαι καὶ βαλεῖν.
ἀλλ' ἐλθὲ δευρὶ πρότερον. ἐπιτρέπεις ἐμοὶ,
ὅ τι χρή μ' ἀποτίσαντ' ἀργύριον τοῦ πράγματος,
εἶναι φίλον τολοιπὸν, ἢ σύ μοι φράσεις;
Κα. σὺ λέγε. δικῶν γὰρ οὐ δέομ', οὐδὲ πραγμάτων.
Φι. ἀνὴρ Συβαρίτης ἐξέπεσεν ἐξ ἅρματος,
καί πως κατεάγη τῆς κεφαλῆς μέγα σφόδρα·
ἐτύγχανεν γὰρ οὐ τρίβων τῆς ἱππικῆς.
κᾆπειτ' ἐπιστὰς εἶπ' ἀνὴρ αὐτῷ φίλος·
"Ερδοι τις, ἣν ἕκαστος ἂν εἰδείη τέχνην. ---
οὕτω δὲ καὶ σὺ παράτρεχ' εἰς τὰ Πιττάλου.
Βδ. ὅμοιά σου καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις τρόποις.
Κα. ἀλλ' οὖν σὺ μέμνησ' αὐτὸς οἷ' ἀπεκρίνατο.
Φι. ἄκουε, μὴ φεῦγ'. ἐν Συβάρει γυνή ποτε
κατέαξ' ἐχῖνον---
Κα. ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.
Φι. οὑχῖνος οὖν ἔχων τιν' ἐπεμαρτύρατο.
εἶθ' ἡ Συβαρῖτις εἶπεν· Εἰ, ναὶ τὰν κόραν,
τὴν μαρτυρίαν ταύτην ἐάσας, ἐν τάχει
ἐπίδεσμον ἐπρίω, νοῦν ἂν εἶχες πλείονα.
Κα. ὕβριζ', ἕως ἂν τὴν δίκην ὥρχων καλῇ.
Βδ. οὔ τοι, μὰ τὴν Δήμητρ', ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς.
ἀλλ' ἀράμενος ἔγωγε ---
Φι. τί ποιεῖς;
Βδ. ὅ τι ποιῶ;

1420. προσείσομαι, Sic bene A. ut legendum esse Berglerus vidit. Male vulgo προσείσομαι.

1428. κατεάγη τῆς κεφαλῆς. Thomas M. in κατεαγῆναι: Ἰστέον, ὅτι κατέαγα τῆς κεφαλῆς Ἀττικοὶ λέγουσι, οὐ τὴν κεφαλήν· ἤγουν κατὰ τῆς κεφαλῆς τὴν πληγὴν ἐδεξάμην. Λουκιανὸς ἐν Τίμωνι, (p. 161.) κατέαγα τοῦ κρανίου. Utroque sane modo loquuntur Attici; sed prior ille elegantior est.

1431. Proverbialem hunc versum Ciceronis verbis reddidi in Tuscul. i. 18. Opportune, ut opinor, illum citavi in nota ad Thesm. 56. In utroque cod. particula ἂν male omissa est. In B. pro εἰδείη, εἰδείη.

1434. οἷ' ἀπεκρίνατο. Vulgo ἃ 'ν ἀπεκρίνατο. In B. neutrum exstat: claudicat versus deficiente syllaba, αὐτὸς ἀπεκρίνατο. Quod loquendi ratio flagitat, reposuimus, οἷ'. Nullus enim hic locus est particulæ ἄν.

1441. ὥρχων. Male vulgo ἄρχων, omisso contra linguæ indolem articulo. Sic supra 304. vulgati etiam libri ὥρχων exhibent.

1443. ἀλλ' ἀράμενος ἔγωγε. Vulgo ἀλλ' ἀράμενος οἴσω σε. Nostram lectionem longe elegantiorem præstat A. in quo post ἀράμενος inficete inserta particula γε. Hæc verba dicens filius sublimem medium patrem abripit: hic incertus, quid filius in animo habeat, sermo-

εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν· εἰ δὲ μὴ, τάχα
κλητῆρες ἐπιλείψουσι τοὺς καλουμένους.
Φι. Αἴσωπον οἱ Δελφοί ποτ' - - -
Βδ. ΟΛΙΓΟΝ ΜΟΙ ΜΕΛΕΙ.
Φι. φιάλην ἐπῃτιῶντο κλέψαι τοῦ θεοῦ.
ὁ δ' ἔλεξεν αὐτοῖς, ὡς ὁ κάνθαρός ποτε - - -
Βδ. οἴμ', ὡς ἀπολεῖς αὐτοῖσι τοῖσι κανθάροις.
Χο. ζηλῶ σε τῆς εὐτυχίας,
τὸν πρέσβυν, οἷ μετέστη
ξηρῶν τρόπων καὶ βιοτῆς·
ἕτερα δὲ νῦν ἀντιμαθὼν,
ἦ μέγα τι πείσεται
τρυφερόν τε καὶ μαλακόν.
τάχα δ' ἂν ἴσως οὐκ ἐθέλοι.
τὸ γὰρ ἀποστῆναι χαλεπὸν
φύσεος, ἣν ἔχει τις ἀεί.
καί τοι πολλοὶ ταῦτ' ἔπαθον·
ξυνόντες γνώμαις ἑτέρων
μετεβάλοντο τοὺς τρόπους.
πολλοῦ δ' ἐπαίνου παρ' ἐμοὶ,
καὶ τοῖσιν εὖ φρονοῦσι,
τυχὼν ἄπεισιν, διὰ τὴν
φιλοπατρίαν καὶ σοφίαν
παῖς Φιλοκλέωνος. οὐ-

nem illius abrumpens percunctatur *τί ποιεῖς;* respondet ille, *εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν*, unde liquet eum jam ante dicere non debuisse, *εἴσω σε.*

1451. *οἷ μετέστη.* In binis codd. mendose *μέτεστι.* Ante hæc verba plene distingui debuit.

1454. Vulgo sic leguntur hi versus:

ἦ μεταπείσετ' ἐπὶ
τὸ τρυφερὸν καὶ μαλακόν.

Contaminatam esse hanc lectionem sola metri ratio evincit, siquidem prior versus antistrophico minime congruit. In B. scriptum:

ἦ μέγα τι πείσεται
ἐπὶ τὸ τρυφερὸν καὶ μαλακόν.

Unde sinceram poëtæ manum elicuisse mihi videor:

ἦ μέγα τι πείσεται
τρυφερόν τε καὶ μαλακόν.

1458. *φύσεος, ἣν ἔχει τις ἀεί.* Male in binis codd. scriptum *φύσεως* metro reclamante.

1461. *μετεβάλοντο.* Sic bene ambo codd. Vulgo *μετεβάλλοντο* contra temporum rationem. Hoc emendatori debetur, qui syllabas antitheticorum versuum exæquare voluit. In choriambicis lege solutis, quales sunt hi versiculi, locum habent pæones et Ionici. Hic pæon est quartus, cui respondet ionicus a minore.

1464. *τυχὼν ἄπεισιν.* Sic bene A. ita ut pes secundus, ut in strophico versu, choriambus sit. Vulgo *ἄπεισι.*

1466. *παῖς Φιλοκλέωνος.* In A. ut in impressis, *παῖς ὁ Φιλ.* In B. *ὁ παῖς ὁ Φιλ.* Utrumque articulum admittit græca phrasis: neutrum metrica ratio. In vulgata scriptura binorum sibi correspondentium versuum, non quadrant numeri.

δενὶ γὰρ οὕτως ἀγανῶ
ξυνεγενόμην, οὐδὲ τρόποις
ἐπεμάνην, οὐδ᾽ ἐξεχύθην.
τί γὰρ ἐκεῖνος ἀντιλέγων
οὐ κρείττων ἦν, βουλόμενος
τοὺς φύσαντας σεμνοτέροις
κατακοσμῆσαι πράγμασι;

ΞΑΝΘΙΑΣ, ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ, ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ, ΧΟΡΟΣ.

Ξα. ΝΗ τὸν Διόνυσον, ἄπορά γ᾽ ἡμῖν πράγματα
δαίμων τις εἰσκεκύκληκεν εἰς τὴν οἰκίαν.
ὁ γὰρ γέρων, ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου,
ἤκουσέ τ᾽ αὐλοῦ, περιχαρὴς τῷ πράγματι,
ὀρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύεται
τἀρχαῖ᾽ ἐκεῖν᾽, οἷς Θέσπις ἠγωνίζετο·
καὶ τοὺς τραγῳδούς φησιν ἀποδείξειν κρόνους
τοὺς νῦν, διορχησόμενος ὀλίγον ὕστερον.
Φι. τίς ἐπ᾽ αὐλείοισι θύραις θάσσει;
Ξα. τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν.
Φι. κλῇθρα χαλάσθω τάδε. καὶ γὰρ δὴ
σχήματος ἀρχὴ - - -
Ξα. μᾶλλον δέ γ᾽ ἴσως μανίας ἀρχή.
Φι. πλευρὰν λυγίσαντος ὑπὸ ῥώμης,

ἢ μετακτί | σεν᾽ ἐπί.
παῖς ὁ φιλο | κλέωνος οὐ—

Juxta Scholiastam sunt hi versus dimetri acatalecti. Plumbeus in re metrica fuit ille homo, aut aliter eum legisse necesse est. In nostra lectione examussim quadrant versiculi:

ἢ μέγα τι | πείσεται.
παῖς φιλοκλέ | ωνος οὐ— .

1475. εἰσκεκύκληκεν. Sic bene edidit Berglerus, Scholiastæ morem gerens. In aliis editt. ut in A. est εἰσκέκληκεν. At in B. εἰσκεκήκληκεν, quæ ipsissima nostra est lectio, solemni describentis errore contaminata, η pro υ. Reponere eam poterat Kusterus e Suida, qui hos versus profert in εἰσκεκύκληκεν, εἰσήνεγκεν.

1478. οὐδὲν παύεται. Sic legendum esse luculenter ostendit Bentleius in phalaridea dissertatione de origine Tragœdiæ, quæ omnino adeunda est ad hujus loci intelligentiam, ex summi viri sententia a nobis constituti.

1481. τοὺς νῦν. Sic Bentleius optime. φησὶν ἀποδείξειν κρόνους τοὺς τραγῳδοὺς τοὺς νῦν. Vulgo ineptissime τὸν νῦν.— διορχησόμενος. Subauditur αὐτοῖς, nempe τοῖς τραγῳδοῖς. Paulo infra senex Tragicos ad saltationem provocans eodem composito utitur, ἐμοὶ διορχησόμενος, *mecum saltatione certaturus*. Præpositio studium notat, quo alter alterum vincere contendit.

1487. ὑπὸ ῥώμης. Sic optime B. Vulgo ὑπαὶ, e prava librarii sedulitate ignorantis proprietatem literæ ρ, de qua vide notata ad Plut. 1065.

οἷον μυκτὴρ μυκᾶται, καὶ
σφόνδυλος ἀχεῖ - - -

Ξα. πῖθ' ἐλλέβορον.

Φι. πλήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ, - - -

Ξα. τάχα βαλλήσεις.

Φι. σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων.
πρωκτὸς χάσκει.

Ξα. κατὰ σαυτὸν ὅρα.

Φι. νῦν γὰρ ἐν ἄρθροις τοῖς ἡμετέροις
στρέφεται χαλαρὰ κοτυληδών.

Βδ. οὐκ εὖ, μὰ Δί' οὐ δῆτ', ἀλλὰ μανικὰ πράγματα.

Φι. φέρε νῦν ἀνείπω, κἀνταγωνιστὰς καλῶ.
εἴ τις τραγῳδός φησιν ὀρχεῖσθαι καλῶς,
ἐμοὶ διορχησόμενος ἐνθάδ' εἰσίτω.
φησίν τις, ἢ οὐδείς;

Βδ. εἷς γ' ἐκεινοσὶ μόνος.

Φι. τίς ὁ κακοδαίμων ἐστίν;

Βδ. υἱὸς Καρκίνου
ὁ μέσατος.

Φι. ἀλλ' οὗτός [illegible] καταποθήσεται·
ἀπολῶ γὰρ αὐτὸν ἐμμελείᾳ κονδύλου.
ἐν τῷ ῥυθμῷ γὰρ οὐδέν ἐστ'.

Βδ. ἀλλ' ὦ ζυρὲ,
ἕτερος τραγῳδὸς Καρκινίτης ἔρχεται,
ἀδελφὸς αὐτοῦ.

Φι. νὴ Δί' ὠψώνηκ' ἄρα.

Βδ. μὰ τὸν Δί' οὐδέν γ' ἄλλο, πλήν γε καρκίνους.
προσέρχεται γὰρ ἕτερος αὖ τῶν Καρκίνου.

Φι. τουτὶ τί ἦν τὸ προσέρπον; ὀξὶς, ἢ φάλαγξ;

1490. *πλήσσει Φρύνιχος.* Sic e certissima Bentleii emendatione edidi. Vulgo absurde *πτήσσει.* Saltationis admodum studiosus fuit Phrynichus, quod testatur proverbium, cui occasionem dedit, *σχῆμα καὶ τριώβολον*, de quo videndus Eustathius ad Iliadem p. 951. l. 50.

1507. *οὐδέν γ' ἄλλο.* Sic quidem codd. Præstaret *οὐδὲν ἄλλο*, omissa particula, quæ mox idoneo loco recurrit. V. seq. *αὖ τῶν*, duæ voculæ, in Kusteri edit. operarum errore in unam vocem *αὐτῶν* coaluere.

1509. Xenocles hic innuitur, unus e Carcini filiis, tragœdiarum malus poëta, cujus meminit Noster Thesm. 171. 440. et Ran. 86. Corpore erat exiguo et gracili, ob quod vitium irridetur etiam in Pace, ubi Carcini filii *νανοφυεῖς* appellantur. In quæstione *ὀξὶς ἢ φάλαγξ*, idem est schema, quod Av. 1203. ubi Pisthetærus Iridem rogat:

ὄνομα δέ σοι τί ἐστι, πλοῖον, ἢ κυνῆ;

Βδ. ὁ πιννοτήρης οὗτός ἐστι τοῦ γένους,
ὁ σμικρότατος, ὃς τὴν τραγῳδίαν ποιεῖ.
Φι. ὦ Καρκίν', ὦ μακάριε τῆς εὐπαιδίας·
ὅσον τὸ πλῆθος κατέπεσεν τῶν ὀρχίλων.
ἀτὰρ καταβατέον γ' ἐπ' αὐτούς, ὦ ζυρέ.
ἅλμην κύκα τούτοισιν, ἣν ἐγὼ κρατῶ.
Χο. φέρε νῦν ἡμεῖς αὐτοῖς ὀλίγον ξυγχωρήσωμεν ἅπαντες,
ἵν' ἐφ' ἡσυχίας ἡμῶν πρόσθεν βεμβικίζωσιν ἑαυτούς.
Ημ. ἄγ' ὦ μεγαλώνυμα
τέκνα τοῦ θαλασσίου,
πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον,
καὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο,
καρίδων ἀδελφοί·
ταχὺν πόδ' ἐν κύκλῳ σοβεῖτε,
καὶ τὸ Φρυνίχειον
ἐκλακτισάτω τις, ὅπως
ἰδόντες ἄνω σκέλος,
ὤζωσιν οἱ θεαταί.
Ημ. στρόβει, παράβαινε κύκλῳ,
καὶ γάστρισον σεαυτόν,
ῥίπτε σκέλος οὐράνιον·
βέμβικες ἐγγενέσθων.
καὐτὸς γὰρ ὁ ποντομέδων
ἄναξ πατὴρ προσέρπει,
ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖσιν ἑαυτοῦ παισί, τοῖσι τριόρχαις.
ἀλλ' ἐξάγετ', εἴ τι φιλεῖτ' ὀρχούμενοι, θύραζε

Sic res dissimillimas jungere solent, quum mira et insolita oblata specie, quo eam nomine appellare debeant hæsitant. De cancro, qui *pinnoteres*, vel *pinnophylax* appellatur, videndi, ne plures memorem, Plinius L. ix. p. 528. Athenæus L. iii. p. 89. E. et Oppianus Halieut. ii. 186.

1515. ἣν ἐγὼ κρατῶ. Sic bini codd. recte. Operarum errore manifesto in quibusdam editt. excusum ἦν—

1517. βεμβικίζωσιν. Sic bene uterque cod. Prava est impressorum scriptura βεμβηκίζωσιν. In Callimachi Epigr. xxxvii. cujus distichon profert Scholiastes, editiones exhibent βέμβικας, non βέμβηκας. Eadem mox v. 1531. recurrit in impressis menda, βέμβηκες, quo in loco itidem codd. nostri habent βέμβικες.

1526. ἰδόντες ἄνω σκέλος. Sic plane scriptum in A. ut emendandum esse viderat Bentleius. Absurde vulgo legitur ᾄδοντες, ita ut voces ἄνω σκέλος nihil habeant quo referri possint. Vim linguæ fecerunt interpretes, qui ea cum ἐκλακτισάτω struxerunt. Verterat Berglerus: *Et Phrynichi more aliquis crus sublime jactet, ut cantantes, ô, exclament spectatores.* Itaque juxta eum cantandi partes a Choro ad spectatores transferuntur.

ἡμᾶς ταχύ· τοῦτο γὰρ οὐδείς πω πάρος δέδρακεν,
ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν.

1537. τρυγῳδῶν. Male in utroque cod. τραγῳδῶν. Vide not. ad Nub. 296. Sex primos hujus Semichori versus distinxi ad fidem cod. A.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΣΦΗΚΩΝ.

IN CONCIONANTES.

IN membranis Regiis, seu cod. MMDCCXII. servati fuere hujus Fabulæ versus tantum 444. priores: reliqua pars, et quæ forte olim eodem in libro sequebantur alia dramata, temporis injuria periere.

In altero Regio MMDCCXV. exstat hæc Fabula, nec tamen integra: desinit in v. 1135. sed non itidem ob foliorum aliquot interitum. Extremam fabulæ partem non descripsit librarius: duo ultimi versus in summa pagina conspiciuntur, cujus reliquum spatium, ut et septem sequentium, vacuum: postea demum incipit fabula ΕΙΡΗΝΗ, quæ hujus codicis ultima est. In eo nec argumentum est nec personarum synopsis: quin etiam nullibi in fabulæ serie personæ notatæ. Mediis in versibus ubi persona mutatur, aliquantulum vacui relictum spatii: initio versuum nullus personarum index. Aristophanis Fabularum quæ supersunt, hæc omnium erat depravatissima.

IN NUBES.

EXACTA fuit hæc fabula ad quatuor eosdem codices, quorum syllabus præmissus est notis in Ranas.

Hæc est omnium Aristophanis Comœdiarum nobilissima et artificiosissima, cujus in inveniendo argumento et disponendis partibus vim comicam exseruit admirabilem. Sed ingenii laudem pæne exstinxit invidia, quam auctori apud bonos multos conflavit Socratis derisio, cum præteritis ætatibus, tum maxime hac nostra, qua tam multi perhibentur sapientes, quia nihil magis quam sapientiam crepant. Scilicet imperitis hominibus persuasum est ab accusatoribus Socratis Anyto et Melito, periculum suæ in illum calumniæ facere cupientibus, pretio subornatum fuisse Comicum, ut Sophistam in scena exagitaret, ejusque maledictis populi odium in Socratem, iramque judicum ita exarsisse, ut statim postea capitali judicio condemnatus fuerit. Ineptam historiolam nescio cujus fide in farraginem suam retulit Ælianus, cum aliis quibusdam ad hujus comœdiæ fata pertinentibus, quæ itidem falsi arguuntur. Ignorant quoque boni isti Aristophanis obtrectatores, exstitisse illius ætate acerrima jurgia inter philosophos, scenicosque poëtas, maxime vero Comicos: Sophistas plurimos in scena traductos fuisse a diversis poëtis, ipsumque in primis Socratem. Fabulæ, quam contra eum fecerat Amipsias, memini ad Ran. 13. Bis commissæ fuerunt Nubes. Primo an. 1. Ol. LXXXIX. Archonte Isarcho. Aspere acceptæ fuerunt: iis prætulere judices chororum Cratini *Pytinam* et Amipsiæ *Connum*, quam Menagius

admodum probabiliter eam esse autumat fabulam, in qua Socratem traducebat, ita ut bis uno die a duobus poëtis comico sale defricatus fuerit Socrates. Quocirca miror egregium illum scriptorem, e quo sua hausit Ælianus, non potius de Amipsia victore cogitasse, quam de Aristophane victo, ut in eum crimen conferret præparatæ Socratis condemnationis. Sequenti anno Archonte Aminia Pronapi filio, Nubes emendatas iterum docuit, verum eventu haud feliciori: nec amplius postmodo eas produxit, licet subinde eas expolivisse videatur. Jam vero Socratis accusatio et mors incidit in an 1. Ol. xcv. quo Laches fuit Archon. Itaque inter primam hujus fabulæ commissionem et Socratis condemnationem intercessere anni xxiii. Quo tempore vero actæ fuerunt Nubes, hominem natum Athenis non exstitisse credo, cui præsagire animus potuerit fore, ut post xxiii. annos impietatis reus ageretur Socrates. Sane si tum illas cum eo simultates gessissent ejus accusatores, statim eodem anno diem ei dixissent, nec populi et judicum exasperassent animos in hominem post xxiii. annos demum deferendum. Sed quid pluribus calumniam istam confutem, quam sua satis refellit absurditas? Et hæc tamen ratio est, cur tot hodie sapientiæ amatores infensi sint Comico nostro, quem Socratis condemnationis vel causam vel instrumentum fuisse opinantur, qua de re ne cogitare quidem potuit unquam. Euripidem eodem quo Socratem defricuit sale, quod ad Thesm. 451. observavi, nec tamen eum unquam in capitis periculum adducere voluit. Comicorum procacitatem, obscenam lasciviam vituperabant Sophistæ: horum Comici deridebant exiles disputationes; inde eorum jurgia et perpetuæ concertationes, ab ira tamen et odio longe remotæ. Singuli, ut solent agyrtæ, artem suam præ aliorum arte laudibus evehebant, quod apparet ex hoc Comici loco in Ran. 1491.

χαρίεν οὖν, μὴ Σωκράτει
παρακαθήμενον λαλεῖν,
ἀποβαλόντα μουσικὴν,
τά τε μέγιστα παραλιπόντα
τῆς τραγῳδικῆς τέχνης.
τὸ δ' ἐπὶ σεμνοῖσιν λόγοισι
καὶ σκαριφισμοῖσι λήρων
διατριβὴν ἀργὸν ποιεῖσθαι,
παραφρονοῦντος ἀνδρός.

Ranæ eodem anno exhibitæ fuere, quo Socrates, Prytanis quum esset, pro optimo cive se gessit in cognitione causæ Præfectorum classis ad Arginusas: quod ob factum Aristophani carus esse debuit: nihilo tamen minus eum sugillavit ob disserendi de rebus subtilibus consuetudinem, et quia auditores suos a spectandis scenicis ludis avertebat. Sed non obstabat hæc sophistarum et poëtarum æmulatio, quin una conversarentur, officiisque sibi responderent mutue.

Ni vera ista sunt, philosophos istius ævi eorum quos hodie videmus longe dissimiles fuisse oportet, prorsusque immutatam exinde fuisse hominis indolem. Quis enim animum inducat, Platonem in Symposio Comicum nostrum cum Socrate eidem mensæ accumbentem repræsentaturum fuisse, si credidisset Aristophanem aliquid momenti ad Socratis condemnationem adtulisse, idque *pretio subornatum?* Si Socratis morte gavisus fuisset Aristophanes, quis non miraretur eundem Platonem epigramma hoc fecisse Comici inscribendum sepulchro?

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

Id est, interprete Raymundo Cunichio :

Quærebant Charites templum, quod nulla vetustas
solveret. Inventum est pectus Aristophanis.

VOLTARIO hæc nostro perspecta non fuere, quo iniquiorem Aristophani novi neminem. Multa ille in Comicum, quem græce nunquam legerat, temere et sinistre scripsit, quæ in vasta et indigesta operum mole quærere non vacat. Unicus mihi succurrit locus in *Lexico philosophico*, cui postmodo titulum fecit *La Raison par Alphabet*, in voce *Athée, Athéisme*. In una pagella, ubi de Aristophane agit, multi sunt errores, quos ingenioso seni lubens condono ; at ista nollem ibi legi : *Ce poëte comique, qui n'est ni comique, ni poëte, n'aurait pas été admis parmi nous à donner ses farces à la foire St. Laurent.* Ista, si quid sapiunt literati illi, qui editionem integram summi Viri operum, ab omni interpolatione purgatam digerunt, quæ in Germania ad Rheni pontem, quo Alsatiæ nostræ sub hac urbe committitur, maximis sumtibus summaque cum cura pulcherrimis typis describitur, ista, inquam, pro spuriis habebunt, furcillisque ejicient. Nisi enim Aristophanes *poëta* est, nobis dicant quem comœdiarum scriptorem poëtæ nomine dignari oporteat: nisi *comicus* idem est, nobis rursus dicant, ubinam gentium uberior salium, jocorum, facetiarumque fons reperiri queat. Quam facile ista in Voltarium retorqueri possint, sciunt qui antiqua et nova perinde intelligunt, eoque pollent sensu, qui ad eorum comparationem bene instituendam requiritur. Sane Ciceroni idoneo judici nuncupatur Aristophanes *facetissimus poëta veteris comœdiæ*. VOLTARIO fraudi fuit pravum Plutarchi judicium, qui in mutilo illo fragmento quod exstat comparationis Aristophanis cum Menandro, philosophiæ amorem, partiumque studium magis ostendit, quam criticum acumen. Illius criminationes perite refutavit Nicod. Frischlinus. Si apud Comicum multa occurrunt, quæ nostris moribus repugnant, id illi vitio vertendum non est : popularibus enim suis, non nobis, scripsit. Quæ autem divino Platonis ingenio valde accepta fuisse compertum est, si cui hodie illa placeant, is stulte sapere mihi non videtur. Plato etenim, ut refert Olympiodorus in ejus vita, *ἔχαιρε πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ Κωμικῷ, καὶ Σώφρονι, παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καὶ ἡνίκα ἐτελεύτησεν, εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην καὶ Σώφρονα.* Hæc forte olim alio in opere uberius exsequar : nunc vero disputatiunculam hancce Quintiliani, magni illius eloquentiæ magistri, cui neminem arbitror Voltarium in hac arte parem esse censere, judicio concludam. « Antiqua comœdia cum sinceram illam sermonis Attici gratiam prope sola retinet, tum facundissimæ libertatis, « etsi est in insectandis vitiis præcipua, plurimum tamen virium etiam in ceteris « partibus habet. Nam et grandis, et elegans, et venusta, et nescio an ulla, « post Homerum tamen, quem, ut Achillem, semper excipi par est, aut similior « sit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. Plures ejus auctores : *Aristophanes* tamen, et *Eupolis*, *Cratinus*que præcipui.»

IN AVES.

COLLATA fuit hæc fabula ad tres Mss. codd. Sunt autem:
A. Regius membranaceus MMDCCXII.
B. Regius chartaceus MMDCCXV.
C. Regius chartaceus MMDCCXVII.

IN VESPAS.

COLLATA fuit hæc Fabula ad Mss. codices duos. Sunt autem:
A. Regius chartaceus MMDCCXV.
B. Regius chartaceus MDCCXVII.

